**P**atronus laicus si vnum presentet licz̄ aliuz accumulare possit. tñ primo p̄sentato ius ac quiritur ex p̄sentatione per quod potest ab ordinario petere se institui. no. io. an. in. c. cū bertoldus. super glo. iij. de re iudi. quod est verū si petat̄ anteq̄ accumulatus instituat̄ postea aut̄ petere nō possit s̄z posset agere de iniuria cōtra ordinariū. qui cum petentz in stitutionem añ p̄sentationē secūdi repulit et nō instituit. vt in. c. pastoralis. de iure pa. et 7 no. io. an. ibi. 7. d. c. cū bertoldus. nam licz̄ patronus laicus possit variare accumulādo nō tñ a primo recedēdo. vt no. io. an. in. regu la cōi in mercurialib? ad fi. questionis. vide s. s. patronus clericus.

**P**atrono ignorātī nō p̄iudicat snia lata cōtra presentatum per eū 7 ecōuerso sententia lata

contra patronū sup iure patronat<sup>o</sup> non p̄iudi  
cat p̄sentato. vt no. glo. iij. q. vj. h̄. q̄. vide  
anth. in. c. q̄uis. de re iudi: sc̄da carta. v̄. se /  
cundus casus.

**P**atronus in fundatione ecclesie vel donatio  
ne b̄nificij p̄t arponere pacta ⁊ onera q̄ vult  
de iu. pa. p̄terea. ⁊. c. nob. ⁊ no. io. an. d̄ elec.  
general. li. vj. sup v̄bo. fundatione. qd̄ intel  
lige infuētiē auctoritate. vt no. io. an. de p̄  
ben. de monachis. dūmodo pacta nō sint ni  
mis onerosa ita q̄ pp̄t magnū onus censeā  
illicita. als secus. de cōsecratio. di. ij. si q̄s v̄  
gūē. Idē intellige de pactis incōtinenti i ip̄  
sa fundatione appositū. secus si ex int̄ eruallo.  
xviij. q. ij. elēterius. d̄ q̄ dic vt nō. xvj. q. ij. c.  
sane. in glo. si queras.

**P**atronus q̄ vltimo repit̄ in possessiōe p̄sen  
tandi. debet in illa tueri nō obstante q̄ ali<sup>o</sup> fu  
erit añ possessor nisi ille alius doceat sibi ius  
p̄fonat<sup>o</sup> cōpetere. vt no. fre. de senis cōsilio.  
ccxxxiij.

**P**atronus ex vna p̄sentatione acq̄rit possessi  
onē iuris p̄sentandi. vt q̄ semel fuit in posses  
sione p̄sentandi p̄sumit̄ etiam de p̄nti esse in  
possessione. nisi alteri<sup>o</sup> intentio sit fundata d̄  
iure cōi. vt si esset p̄tētio inf̄ ep̄m dicentē ad  
ip̄m libere spectare collationē. ⁊ patronū di  
centē ad ip̄m spectare p̄sentationē. qz tūc p̄  
sumit̄ p̄ ep̄o q̄ sit in possessiōe cōferendi. vt  
no. fre. de senis cōsilio. ccxxxiij. v̄. ad id qd̄ q̄  
ritur. vsq̄ ad finē.

**P**atronat<sup>o</sup> ius siue possessio iur<sup>o</sup> p̄sentandi an  
possit eē penes parrochianos. dicit inno. q̄  
nō. de resti. in integ. c. ij. vide archid. qd̄ hoc  
plene disputat. xvij. q. vij. ortamur. ⁊ fre. de  
senis cōsilio. ccxxxiij. ⁊ de elec. q̄relā. vide. s̄  
s̄. patronat<sup>o</sup> ius nō p̄bat.

**P**atronat<sup>o</sup> ius an sit reale v̄ p̄sonale. vide an  
tho. in. c. quāto. in fine. de iudi. vbi etiā tra  
ctat an sit spirituale. de quo etiam tractat su  
per rubrica. e. ti.

**P**ax. vide sub v̄bo. treuga.

**P**eccatū mortale potest sine veniali dī  
mitti sed nō econuerso. no. in p̄hemio  
sexti. in glo. fi. in fi. Et vide sub verbo  
presbyter.

**P**eccata nō solū venialia s̄ etiā mortalia pur  
gant̄ ex receptiōe sac̄roz in b̄n̄ disposito. no.  
anth. de coha. cle. v̄ra. v̄. nō q̄ sacramēta.

**P**eccata fidelium purgant̄ ex ministratiōe sa  
cramētōz ⁊ celebratiōe diuinōz quā sacer  
dos facit. ⁊ h̄ verū inq̄tū sint capaces vt q̄a  
nō sunt in mortali constituti. Inq̄tū sunt in  
mortali cōstituti ⁊ nōdū cōtriti. satis dicunt̄  
purgari ex eo qz orationib<sup>o</sup> ⁊ sacramētis pie  
credēdū ē vt disponant̄ citi<sup>o</sup> ad p̄ctā relaxā

da ⁊ h̄ p̄ v̄uis. pro mortuis at̄ i mortali nih<sup>o</sup>  
p̄ficiūt sac̄ra. imo mag<sup>o</sup> nocēt. q̄ ad ip̄os aut̄  
celebrātes si sint in mortalib<sup>o</sup> cōstituti nec pe  
niteāt. celebratiōe nō emūdanf̄ a p̄ctis. imo  
magis grauant̄. Si v̄o cōtritiōnē habuerit  
⁊ firmū habeant p̄positū nō peccādi. celebra  
re p̄nt̄ si cōfessi fuerint. ⁊ absolutionē petie  
rint licet penitentiā nō egerint. dū t̄n̄ intēdāt  
penitentiā pagere. sed ante cōfessionē ⁊ abso  
lutionem celebrādo peccant. si habēt cui con  
fiteant̄. Si vero nō habēt. tūc i necessitate ce  
lebrare poterunt ⁊ p̄ficiet eis ministeriuz ad  
purgandum penā p̄ctōz suozū. no. anth. de  
coha. cle. v̄ra. in. iij. oppo.

**P**eccat p̄sbyter qui quondie non celebrat.  
nisi celebrando cesset quia se indignū reputet.  
⁊ peccat mortaliter si ex negligētia non cele  
brat sciens q̄ sac̄ra purgāt peccata in alijs n̄  
solū viuīs sed etiam mortuis. Sed si desistit  
ex quadā leuitate. venialiter peccat. no. ant.  
de coha. cle. v̄ra. v̄. nota q̄ sac̄ra. S̄ in. e. c.  
in quarta oppositione dicit q̄ si ex hūilitate  
desistit quia se indignū reputat vel quia re  
putat se scrupulositate peccati inuolutū cum  
t̄n̄ nō sit. nō peccat. S̄ si abstinet ex pondere  
p̄ctōz in q̄bus p̄sistit ⁊ exire p̄t. hic pecca  
ta aggrauat. Qui v̄o ex pigritia quadā vel  
ex leuitate desistit. mortalit̄ peccat si ad hoc  
obligat̄ ex susceptiōe b̄nificij.

**P**eccat mortaliter q̄ venit cōtra legē. qd̄ ē ve  
rū i legib<sup>o</sup> p̄ceptorū. sec<sup>o</sup> si nō in p̄ceptorū  
vt no. io. an. in. c. ij. de maio. ⁊ obe. q̄ aut̄ di  
cat lex p̄ceptorū vid̄. s̄. v̄. lex. s̄. lex q̄n̄ legit̄

**P**ecunia si debet̄ ex p̄tractu ⁊ postea dī  
minuit̄ in p̄dere v̄ ali<sup>o</sup> mutaret̄ eius  
bonitas intrinseca etiā añ mortū debito  
ris. tenet̄ debitor solū de antiq̄ moneta v̄ d̄  
noua s̄m̄ extimatōez antiq̄. ⁊ ita intelligit̄. de  
cēsi. olim. ⁊. c. cū canonic. Idē si pecunia de  
bet̄ ex testamēto. vt no. io. an. in addi. spe. i  
ti. de solutio. s̄. nūc aliq̄. i fi. ⁊ oldra. in p̄silio  
xxxj. l. in p̄riū faciat. ff. de au. ⁊ argē. lega. l.  
cū certū. S̄ nō d̄ dicit vt patet ex no. p̄ bar.  
in. l. j. in fi. e. ti. vbi aut̄ pecunia debet̄ ex lege  
v̄ statuto supior<sup>o</sup> sufficit q̄ fiat solutio de pe  
cunia vsuali ⁊ cōiser curreti tpe h̄ede solutio  
nis. de male. c. ij. Et ita dicit spe. de iuriur. oli  
⁊ qd̄ v̄trobiz no. p̄ glo. ⁊ dicit spe. ti. de solu  
ti. s̄. nūc aliq̄. i fi. ⁊ anth. in. c. q̄nto. de iuriur.  
⁊ zen. ⁊ mathe. i cle. ij. d̄ deci. ⁊ bal. i. l. illd̄. in  
fi. C. de sacrosanc. eccle. licet̄ ibi dicat̄ ispicī  
tempus obligationis. sed melius loquitur in  
l. fi. in p̄nci. C. cōmuni. dele. ⁊ aliqd̄ tangit  
in. lege. acceptam. C. de vsura. Et quod dī  
ctum est de pecunia debita ex lege vel statu  
to superioris. idem est si debeat̄ ex man

dato vlt pcepto eius. quia tunc nō respicitur tps date mādati siue rescripti sed tps fiende solutionis. vt pbat in clemē. ij. de deci. i. tex. ⁊ glo. j. ⁊ glo. sup. v. currentē. ⁊ ita tenet an / tho. in. d. c. quāto. de iurifur. licet oldra. in b̄ dicat cōtrariū ⁊ male cōstitutioe sua. ccl. vij. Sed in cōstitutione. xij. approbat qd̄ dixi qm̄ pecunia debet ex cōtractu. ⁊ eodē casu loquitur bar. in. l. pauli. ff. de solutio. ⁊ in. l. cuz qd̄ ff. si certū petat. ⁊ cy. in. l. in minoris. C. in q. cau. resti. in inte. nō est ne. 3o. an. i. addi. spe. in. d. s. nūc aliqua in fi. recitat allegatiōes ol drar. quas fecit in cōsti. ccl. vij. Sz non exp̄ mit an pecunia debet ex cōtractu vel pcepto supioris. vñ intelligā. io. an. loqui qm̄ pecu nia erat debita ex cōtractu ne tradicat ei qd̄ dixit in. d. clemē. ij. de deci. sup. vbo. currētē vbi cōcludit qd̄ licet tpe solutionis fiende cur reret duplex moneta antiqua ⁊ noua. pote rit debitoz soluere de qua volet. vide pau. in e. cle. vbi cōcludit qd̄ si pecunia debetur ex re scripto. nō inspiciat currētia tempe date sed tpe solutionis fiende. ideo sufficit de illa sol uere que tempe solutionis currit. ⁊ idē ibi te net pe. de ancho. qm̄ pecunia debet ex rescri pto. Sed si debet ex lege generali vel statu to. tunc limitat dictū specu. vt pcedat quan do pecunia mutat ante qd̄ ad penā relicti vel ad salariū debitū officiali eēt obligatio ptra cta. Sec⁹ si p⁹ obligationē ortā pecunia mu tare. in quo casu dic̄ inspici valorē pecunie que currebat tempe obligationis. Sed bal. dicit cōtrariū. in. d. l. fi. C. cōia dele. vid̄ omī no io. an. in addi. spe. sup. rubrica. de concel. pben. vlti. colū. ⁊ oldra. p̄ silio. cl. xvj.

**P**ena excoicationis est maior pena que sit in ecclesia dei. no. Ro. p̄clu. xxvj.

Pena exilij non habetur d̄ iure canonico. no. antho. de iudi. cuz nō ab homine. v. nota ar. ecclesiam. Sed p̄trariū no. e. ti. v. vltimo. di cit io. an.

Pena flagelli an ⁊ p̄ que possit clerico impo ni. vide. xlv. dist. in summa. v. q. j. de raptō i archiep̄atu. de sen. excōi. vniūsitatis. ⁊. e. ti. c. si cleric⁹. li. vj. Et quot ictus debeāt dari il li q̄ flagella. vide glo. xxxv. di. c. finali. et q̄ verba habeat dicere ictus inferēs. iij. q. vj. s. porro.

Pena ē auferre nō solū ius in re s̄ etiā ad rem no. io. an. de elec. c. fi. li. vj. sup. glo. ij. i nouel la. Contrariū no. ipe de re iur. odia. e. li. ⁊ in mercurialibus. ad fi.

Pena q̄ iponit̄ ex nō facto siue ex facto nega tiue qd̄ idē ē. nō cōmittit̄ nisi p̄cedat monitō no. inno. de p̄bē. extirpāde. qd̄ limita. vt ibi no. anth. ⁊ p̄ eūdē. de elec. cū i cūcti remissioi

bus. ⁊ p̄ io. an. de elec. licz canon. li. vj.

Pena decretalis auaricie de elec. li. vj. nō ha bet locū qm̄ p̄cedit cōfirmatio licet iualida p̄ pter citationē omiffaz. quicqd̄ dixerit io. an. de elec. c. fi. e. li. Rō ē qz vba decretalis auaricie nō cōprehendūt illū casum. q̄ ex mente generali eiusdē. c. q̄ in v̄bis specificatis non cōprehendit̄ nō licet arguere in materia pe nali. vt no. anth. in clemen. j. de rescrip. Itē fortius ē qz nec fuit de mente generali. c. auaricie illum casum cōprehēdere. qz tpe illi⁹. c. nō erat necessaria citatio in cōfirmatione. vt no. cōpos. e. ti. ⁊ io. an. in. d. c. fi. Sed illa solē nitas citationis postea fuit inducta p̄ nicola um tertiuū qui fuit diu post gregoriū cōdito rem dicte decretalis auaricie. vt p̄t̄ ex phe mio sexti. nō q̄ p̄t̄ dici de mēte gregoriū fuis se id qd̄ nō fuit suo tempe cogitatu. imo con tinue suo tpe cogitatu fuit qd̄ valet confirma tio sine citatione. ⁊ mirandū est qd̄ io. an. ⁊ ar chidi. b̄ nō aduerterūt. Dicta q̄ decretalis si. opat̄ qd̄ cōfirmatio sine citatione ē inualida. sed nō opat̄ qd̄ administrans incidat in penā qz b̄ nō dic̄ nec decre. auaricie. b̄ voluit vt ex p̄missis patet.

Pena incēdiarij que sit. vide extra de raptō. in lris. de sen. excōi. tua nos ⁊. ff. de penis. l. capitaliū. s. incēdiarij. ⁊ de incēdi. rui. nau. l. qui cū edes. Sz plene p̄ cy. in. l. data. C. de his qui. accusa. nō pos.

Pene penitentiales sunt arbitrarie. no. anth. de iudi. at si clerici. s. d̄ adulterijs. v. p̄cludo

Penas varias delictorū vide plene in glo. de offi. ordina. ad rep̄mendā.

Pena falsi an puniat̄ q̄ falsum istrumentū p̄ duxit. vide sub. v. falsum. in. p̄n.

Pena sacrilegij que sit. vide do. an. sub vbo. delictū. s. delictū sacrilegij.

Pena in lege vel statuto apposita in vnū casū an intelligit̄ repetita in additiōe facta legi v̄l statuto in aliū casum. vide sub. v. lex ⁊ cōsti tutio penalis si aliquid.

Pena adiecta p̄ dinumerationē temporū. an nua vel mēsurā p̄sumit̄. in. l. stipulanti. ff. d̄ v. obli. ⁊ archi. xij. q. ij. cū deuotissimā.

Penam excusat difficultas. vt si quis p̄misit curare qd̄ tici⁹ accipiet bartā in vxorē sub cer ta pena ⁊ oēm diligētā fecit vt inuicē matri moniū p̄traherēt s̄ vterqz seu alē noluit con sentire. excusat̄ a pena p̄p̄ hāc difficultatez no. anth. in. c. grā. de spon. Et qd̄libet iustuz ipeditū excusat̄ a pena si q̄s nō fecit qd̄ fa cere debuit. vt ē casus in. c. significāte. de pi gno. vid̄ oīno qd̄ no. glo. i. c. iputari. de re. iur. li. vj. ⁊ qd̄ no. io. an. in. c. q̄qz. de vsur. li. vj. sup. vbo. mādauerit. in nouella.

**P**ene hoc xbum sumif p qsi r not qn-  
dam mixtura improprietatis. no. ant.  
de coha. de. vfa. x. venio ad tertium.  
Erinde quid hoc verbuz importet. vi  
de bar. in extrauagan. ad repmedaz  
sup verbo perinde.

**P**erius nō repellit rōne periurij ab  
agendo in iudicio: nisi in q̄tū iuramē-  
tuz specificē repugnet materie de qua  
agit. no. anth. de iudi. intelleximus. in fi. r in  
x. idem credo. vide qd idem no. anth. de ex-  
cep. dilecti. x. quero an exceptio.

**P**erius ē infamis r a testimonio repellitur  
in omī causa. de testi. c. testimonium. in tex. r  
glo. sup xbo piurij. de quo vide archid. vj.  
q. j. quicūqz. in fi. r bal. in. l. lucius. ff. d. his q̄  
no. infā. qd̄ intellige in giurio ratiōe iura-  
menti d̄ futuro. sed piurus rōne iuramēti de  
p̄terito nō ē infamis. vt no. bal. in. l. luci<sup>o</sup>. ff.  
d. his qui no. infā. **I**tē etiā rōne iuramēti de  
futuro tūc demū piurus est infamis qm̄ iura-  
uit illi cum quo cōtraxit. secus si iurauit sibi  
soli vel deo tm̄. vt no. p glo. r bar. in. d. l. lu-  
cius. **E**t que sit ratio differētie p̄dictorū. vid̄  
bal. in. d. l. lucius. r idem est in iuramēto de  
p̄nti qd̄ de p̄terito. vt no glo. vj. q. j. quicūqz  
dicit tñ ibi archidi. q̄ tunc demū iuramētuz  
de futuro infamat qm̄ habet rei obfuantiaz.  
vt quia consistit in dando vel faciendo. r sic  
cū solennitate. als secus. vide antho. in. d. c.  
testimoniū. qui distinguit aliter.

**P**erius an sit icapar bñficij ecclesiastici ita  
q̄ collatio vel electio sibi d̄ eo facta sit ip̄o iu-  
renulla. vide goffre. r cal. in. c. querelā de iu-  
reiu. r ex illo tex. parz in rōne sui q̄ piur<sup>o</sup> de  
bet bñficijs suis puari. goffre. dic̄ ibi q̄ nō va-  
let electio sed collatio sic. de electiōe videf ca-  
sus in. c. cū impositiōib<sup>o</sup>. d̄ iur̄iu. li. vj. **F**re.  
de sentis tenet q̄ etiā collatio nō valet. vt ipse  
no. p̄silio. l. r idē sentit anth. in. c. accedēs. d̄  
accu. in tertio notabili. p̄ illū tex.

**P**erius an repellat a testimonio. vide archi.  
vj. q. j. quicūqz. in fi. r bal. in. l. luci<sup>o</sup>. ff. de his  
q̄. no. infā. r vide. s. s. j.

**P**erius si deierat in eo qd̄ nō vergit in alte-  
rius piudiciū solū deū habet vltorē. no. glo.  
vj. q. j. quicūqz. r. **L**. de re. cre. l. ij. r ibi no. per  
**Cy**. r bal. r p butri. in. l. si cū patruo. **L**. cōia  
vtriusqz iudicis. vbi aut̄ vergit in alteri<sup>o</sup> piu-  
diciū. diuisimode punif fm̄ varietatē casuuz  
de quibus loquitur **Cy**. r bal. in. d. l. ij. de re.  
credi.

**P**ermutatio bñficiozū dicif fauorabil  
nō odiosa. ideo in ea nō debet fieri stri-  
cta interpretatio. no. fre. in tracta. p̄mu-  
ta. q. xvij. r vide supra verbo. bñficiū. r j.

verbo. tempus.

**P**ermutatio bñficiozū etiā cū auctoritate su-  
perioris facta si valet si pactio r tractat<sup>o</sup> p̄riū  
d̄ p̄mutādo p̄cesserit fm̄ hosti. r io. an. d̄ re. p̄  
muta. quesitū. **C**ōtrariū no. ideoz goffre. e. ti.  
cū vniuersozū. vbi dicit tractatū de p̄mutan-  
do posse inter ptes interuenire si cōtract<sup>o</sup> p̄  
eos fieri non possit cum totum a superiore de-  
pendeat.

**P**ermutare volētes licet cōuenerint r p̄mise-  
rint bñficia inuicem p̄mutare siue opam da-  
re cū supioze q̄ p̄mutatio fiat. si postea alte-  
rum eozū peniteat. nō possit eū ali<sup>o</sup> cōpellere  
si viderit p̄mutationē bñficijs vtilēz. no. fre.  
in tracta. p̄muta. q. xxxvij. vide j. s. p̄mu-  
tatio bñficiozum.



**P**ermutans ecclesiā debitis grauata pōt pa-  
cisci cū alio p̄mutante q̄ soluet illa debita et  
grauamina. quia r sine pacto ad hoc tenet.  
melius est tñ q̄ in talib<sup>o</sup> pacti se absteat ne  
fraus committat. no. fre. in tractatu p̄dic. q.  
xxxix.

**P**ermutatio bñficiozū etiam si sit vtilis eccle-  
sie nō pōt fieri p̄ ep̄m inuitis illis quoz inter  
est. no. fre. in tracta. p̄mu. q. xliij. vide ple-  
nius. q. xxx. r j. s. p̄roxi. se. r supra. p̄muta-  
re volentes.

**P**ermutare bñficiū nō cōpellit quis inuit<sup>o</sup>  
nisi necessitas vl̄ vtilitas ecclie hoc exposcat  
quo casu potest quis inuitus transferri licet  
nō p̄cise sed p̄ subtractionē r p̄riuationem.  
no. fre. in tracta. p̄dic. q. xxv. **S**z lopus dicit  
ibi in additio. q̄ p̄dicta non habēt locum in  
episcopis r religioz. qui velint nolint trāffer-  
ri possunt. r idem in curatis quia curati sunt  
astricti iure publico p̄pter curā. sec<sup>o</sup> in nō cu-  
ratis. r vide. s. p̄xi. sequē.

**P**ermutatio p̄latorū ecclesiarū collegiataruz  
licet possz fieri p̄ papā collegijs inuit<sup>o</sup>. tñ nō  
pōt fieri p̄ ep̄m absqz p̄sensu collegiozum nisi  
ep̄s ex p̄suetudine vel p̄uilegio habeat libe-  
rā ordinationē ipsarū ecclesiarū. **E**t idē in le-  
gato de latere qd̄ i ep̄o. no. fre. in tract. p̄di.  
q. xix. **S**z lap<sup>o</sup> ibi in addi. dic̄. q̄ legat<sup>o</sup> etiāz  
cū cōsensu collegiozū nō pōt dictā p̄mutatio-  
nem facere. ep̄s sic. etiā nō infueniēte cōsen-  
su collegij si ip̄am p̄mutationē facit p̄p̄ ne-  
cessitate r vtilitate eccliaz. **E**t idē si illi de col-  
legio vocati p̄ ep̄m nō cōparēt. vel si compa-  
rent nullā iustā cām sue p̄tradictiōis allegāt  
r vtilitas ecclie exposcit p̄mutatiōz fieri. **I**n  
ecclijs aut̄ si collegiati p̄t legat<sup>o</sup> p̄muta. facē etiā  
az sine p̄sensu illoz q̄z i est. nisi eēt p̄roni lai-  
ci s̄ q̄s pl<sup>o</sup> si p̄t q̄s dioecesan<sup>o</sup>. si tñ nō d̄dicant.  
valet p̄mutatio. r vide qd̄ no. p̄ eūdē lapū in  
addi. dicti. tracta. q. xxxvij.

rationē tempore  
in. l. d̄p̄p̄lata. fi.  
l. cū deouitū.  
altas. vt si quis  
et bartā in vtriusqz  
mā fecit vtriusqz  
vtriusqz seu vtriusqz  
ma p̄p̄i b̄ d̄ d̄ d̄ d̄  
a p̄ma si deouitū  
no. glo. l. c. p̄p̄p̄p̄p̄  
a. an. in. c. q̄s vtriusqz  
mā in. c.

**P**ermutatio facta p ordinariū de bñficio spectante ad p̄sentationē patroni eo contempto ⁊ nō vocato. nō est nulla sed p̄sentētiā an/ nullanda si patronus contemptū suum p̄sequat̄ infra tempus quo debuit p̄sentare. s; si p̄sens fuerit p̄mutationi ⁊ contradixerit vel non consenserit. tunc est nulla si iustā causā contradictionis adducat. als secus. no. Ro. cōclu. cccxv. **Fre.** aut̄ dicit q̄ p̄mutatio bñficiozū in quibus laicus habz ius patronatus nō potest fieri p̄ episcopū nec per legatum cōtradiceute patrono. **Sed** si expresse nō cōtradicat valet. **Si** aut̄ patronus est cleric⁹. tunc legatus potest etiam p̄mutare sine consensu patroni s̄m frede. ⁊ lapū in additio. in dicto tractatu p̄muta. q. xix. ⁊ q. xxx.

**P**ermutatio bñficiozū nō potest fieri sine consensu eozū ad quos electio. collatio. vel p̄sentatio p̄tinet. ⁊ sufficit cōsensus tacitus v̄l expressus. secus in p̄mutatione cause p̄prietatis p̄petue ipsozū bñficiozū. vt si vna ecclēsia vellet vnū beneficiū cū alta ecclesia p̄mutare. quia tunc requirit̄ cōsensus exp̄ssus nec sufficit tacitus s̄m lapū in addi. in. q. xix ⁊ plenius p̄ eundem. q. xxx. sufficit tñ consensus maioris ptis qñ p̄mutatio fit pro necessitate vel vtilitate ecclesie. **Si** aut̄ sit voluntaria. oportet om̄es cōsentire. vt patet in addi. q. xix. ⁊ no. fre. q. xx. **Et** qd̄ dictū est de p̄sensu maioris ptis habet locum etiam si p̄tineat ad plures vt singulos puta patronos. vt no. fre. in. e. tracta. q. xxj. **Et** vide j. s. p̄mutatio bñficiozū nō pōt fieri sine auctoritate.

**P**ermutatio bñficiozū si fuerit nulla possunt permuantes ad priora bñficia redire nō obstante resignatione p̄mutationis causa facta debent tñ hoc facere s̄m quosdam cū auctoritate ordinarij ⁊ nō aliter. no. Ro. conclusi. cccxxij. ⁊ p̄clu. cccxlv. **Jo. an.** dicit q̄ auctoritate p̄pria si nō fuerint in culpa. **Cui⁹** opinio est equior. vt no. fre. in tract. p̄dic. q. viij. **Item** aliter fre. distinguit q̄ si p̄mutatio fiat nulla ex pte vtriusq; possunt p̄mutates redire auctoritate p̄pria ad priora bñficia si simpliciter ignorauerint p̄mutationē nō valere. vt ipse no. in. d. q. viij. ⁊ q. iij. **Idē** si fuit nulla ex pte vni⁹ tñ cui fuit euictū bñficiū p̄mutatum ⁊ euictus errauit in facto p̄babilē. vt no. p̄ eum. q. ix. **Idem** si p̄mutans non ē euictus tñ ille qui secum p̄mutat ius nō habuit quia forte symoniacus erat vel als nō habuit titulū. vt no. p̄ eū. q. x.

**P**ermutari pōt vnū bñficiū cū plurib⁹ quādo illa plura possunt simul sine dispensatiōe teneri. als secus. no. antho. de excep. cū venereabilis. ij. colū. v. uota q̄ vna.

**P**ermutans vnū bñficiū p̄ duobus altero euicto si vult nō euictum dimittere pōt ad suum primū bñficiū regressum h̄re auctoritate superioris. no. Ro. p̄clu. lx.

**P**ermutans vnū ex duobus bñficijs que optinet cum curato. non intelligit̄ dispensatū. vt vtrūq; scz curatū ⁊ aliū simplex quod nō p̄mutauit retineat. vt no. fre. in tracta. p̄dic. q. xvij.

**P**ermutans vnum bñficiū curatū ex duobus que canonicè optinet cuz alio curato. nō solum p̄dit id quod p̄mutat sed etiam alterū quod prius habebat. quia p̄ adeptionem tertij curati prima duo vacant nisi dispensatio intercedat s̄m fre. in tractatu suo. q. xij. **Sed** s̄m lapum in additi. nō valet etiā collatio q̄ fit de tertio bñficio. quia habētī duo curata nō potest tertij curatum conferri si prius nō renunciet primis duobus que ex dispensatione optinet. **Dictū** lapi est verū quando dispensatio sup̄ primis duobus fuit simplici ter facta quia tunc nō extendit̄ nisi ad duo p̄ora. secus si dispensatio sit plenior puta q̄ in ea dicit̄ q̄ possit illa duo vel eozū alterum dimittere ⁊ alia similia recipe ⁊ tenere sic moderno tempe cōmuniter fit. **In** autem dispensatio circa p̄dicta possit fieri p̄ inferiores a papa. vide fre. in. d. q. xij.

**P**ermutatio bñficiozū siue fiat auctoritate ordinarij siue auctoritate pape vel eius legati nō est necesse q̄ p̄mutantes faciant mentionē de alijs bñficijs que optinent. no. fre. i tract. p̄dic. q. xvij.

**P**ermutatio facta p̄ papam vel ex eius speciali concessione de bñficijs reseruatis nō facta mentione de reseruatiōe. nō valet si reseruatio erat specialis ⁊ secreta de certis bñficijs. **Secus** si erat generalis. ⁊ no. fre. i tracta. p̄dic. q. x. licet at̄ nō valeat p̄mutatio. valet tamē renunciatio ex causa p̄mutatiōis facta. ideo papa certificatus de speciali reseruatiōe. debet vel p̄mutationem perficere v̄l p̄mutantibus ingressum dare ad sua priora bñficia. vu no. in tract. p̄dic. q. v.

**P**ermutatio bñficiozū nō potest fieri sine auctoritate dioecani etiam si ad eum nō p̄tineat collatio nec cōfirmatio ipsozū bñficiozū quātūcūq; interueniat auctoritas illoz ad quos p̄tinet om̄imoda p̄ouisio bñficiozū. no. fre. in tract. suo. q. xxij. nisi talez auctoritatem illi ad quos collatio p̄tinet p̄scrip̄sissent. vt no. p̄ eundem. q. xxij. ⁊ sicut p̄mutatio debet fieri in manibus dioecani ita et renunciatio que p̄mutationē p̄cedit licz ad aliū p̄tineat electio. collatio. ⁊ p̄ntatio. vt no. taf. p̄ eū. q. xxij.

**P**ermutationi bñficiorū nō pōt vicari⁹ ep̄i au-  
toritatē p̄stare: sed capl̄m sede vacāte sic: nisi  
bñficia ad collationē soli⁹ ep̄i sine caplo p̄tine-  
rēt. *fm Fre. in. d. tracta. q. xxvj. Szibi in ad-*  
*ditione qdā d̄r q̄ capl̄m ⁊ vicari⁹ indifferēter*  
*possent: qz talis autoritas dependet a iurisdic-*  
*ctione ep̄ali. vt nōt glo. in clemē. vnica. de re.*  
*p̄muta. in q̄ iurisdictione capl̄m succedit. ⁊ vi-*  
*cari⁹ etiam q̄ ad iurisdictionē habet idē tribu-*  
*nal cū ep̄o. nec seq̄: nō p̄t p̄ferre: ergo nec p̄-*  
*mutatiōez autorisare. qz collatio sapit naturā*  
*donatiōis ⁊ libertatis. vt nō. de p̄ben. relatū*  
*p̄mutatio. non qz de necessitate debet permu-*  
*tatibus cōferri. ⁊ si als fit collatio nō valet. in*  
*cle. p̄dicta.*

**P**ermutatio bñficiorū pōt fieri ex iteruallo. etsi  
bñficia p̄mutanda sint i diuersis dioceſib⁹ po-  
terit p̄mo vn⁹ ep̄s bñficiū sue dioceſis p̄fer-  
re vni ex p̄mutantibus p̄cedēte resignatione.  
⁊ inde alius ep̄s aliud bñficiū sue dioceſis  
alteri cōpermutanti simul p̄ferre poterit resi-  
gnatione p̄cedente. possit etiā tūc p̄mutatio si-  
mul ⁊ eodem t̄p̄e fieri: si ambo ep̄i simul essent  
vel vn⁹ eoz cōmitteret alteri vices suas. *nota*  
*Fre. de senis. i tracta. p̄dicto. q. ij.*

**P**ermutatio bñficiorū quando fit: necesse est  
q̄ hincinde fiat ⁊ iterueniat noua collatio. nō  
fre. i tracta. p̄dic. q. i. ⁊. q. xxvj. **S**i tñ ep̄isco-  
pus p̄mutantib⁹ cōsentiat: cōtulisse videt. vt  
nō. in eodem tractatu. q. xv.

**P**ermutatio non reddit nulla ex eo solo q̄ ap-  
pareat inequalitas in bñficijs p̄mutatis: siue  
ratione reddituū siue ratione oneris: q̄a ex h̄  
non probatur fraus. nō. fre. in. tractatu. p̄re/  
dic. q. xl.

**P**ermutatio nō ē si renūcio bñficio meo vt tu  
habeas illud ⁊ tuū def̄ nepoti meo. *no. fre. in*  
*tracta. p̄dic. q. vlti.*

**P**ermutatio suū bñficiū cum alio: statim definit  
dictuz bñficiū suū possidere. ideo ei nō com-  
petit interdictum vnde vi: nec conditio ex ca-  
none reintegranda. *notat Ro. cōclu. lix.*

**P**ermutatio bñficiū si agit ad bñficiū p̄mutatū  
nō tenet p̄bare realiter titulū eius cum quo p̄-  
mutauit sz sufficit p̄bare eū possedisse bñficiū  
quod p̄ tali reputabatur. nō. *Ro. cōclu. cvj.*

**P**ermutare bñficia volentes sua: non possunt  
impediri per habētes facultatem optandi ex  
cōsuetudine. nō. *fre. in dicto tracta. p̄muta. q.*  
*xxvij. licet lapius ibi in addi. aliē distinguat*

**P**ermutari possunt bñficia cōmēdata inuicē.  
cū alijs nō cōmēdati sed libere p̄cessis. *nota*  
*Fre. in tract. p̄dic. q. xv.*

**P**ermutari possunt bñficia manualia lz ad nu-  
tum sint reuocabilia. qz bñficia sūt et possunt  
p̄petuo non reuocari. nō *Fre. in tract. p̄dic. q.*

*xxvj. tamē ex tali p̄mutatione etiam autoritate*  
*apostolica facta nō desunt esse reuocabilia vt*  
*nōt. idem Fre. q. xv.*

**P**ermutari pōt bñficiū curatū cum nō curato.  
**I**dē p̄petui vicarij parochialiu ecclesiaz pos-  
sunt suas vicarias p̄mutare. qz talis vicaria ē  
titulus canonicus ⁊ p̄petuus. nōt lapius i ad-  
diti. dicti trac. q. xiiij.

**P**ermutari pōt bñficiū cū hospitali vl̄ p̄stimo-  
nio quādo illud hospitale vel p̄stimoniu cōce-  
ditur clericis i bñficiū. **S**ecus si laicis cōce-  
dat *fm Jo. an. Sed Fre. dicit idē etiā qñ cō-*  
*cedit laico vel etiā clerico lz non in bñficiū. vt*  
*nō. in trac. p̄dic. q. xiiij. Lapius aut̄ ibi i addi.*  
*tenet opinionez Jo. an. dices q̄ de bñficio ad*  
*nō bñficiū est p̄hibita p̄mutatio. dicit tamē*  
*ibi Fre. finaliter q̄ lz hospitale qd nō p̄fertur*  
*in titulū bñficij nō possit cū alio bñficio ecclesi-*  
*astico p̄mutari. pōt tñ p̄mutari cuz alio simili*  
*hospitali facta p̄s renūciatiōe i manib⁹ supe-*  
*rioris q̄ cōmittet vnū vni ⁊ alterz alteri.*

**P**ermutare nō pōt habēs ius ad bñficiū cum  
habēte ius i bñficio. nec etiā duo habētes ius  
ad rem possūt dicta sua iura ad inuicē p̄muta-  
re. *fm Fre. in. d. tracta. q. xiiij. dicit tñ lap⁹ ibi/*  
*dem i addi. q̄ si aliqui sint canonici autorita-*  
*te aplica lz etiā vltra numez ⁊ expectēt p̄ben-*  
*das vacaturas: p̄nt inuicem p̄mutare canonici*  
*cat⁹ inter se ⁊ etiā cū alijs ad alia bñficia cum*  
*autoritate dioceſani. Sec⁹ si expectarēt cano-*  
*nicat⁹ ⁊ p̄bēdas. qz canonicat⁹ sub expectatio-*  
*ne p̄bēde p̄mutari nō p̄t qñ ē canonicat⁹ vlt-*  
*tra numerū. nō Ro. cōclu. ccccxxvj.*

**P**ermutari p̄nt bñficia vbi non ē cert⁹ numer⁹  
canonicorū nec distinctio p̄bēdaz. qz talia bñ-  
ficia vacare nō p̄nt ⁊ i p̄mutatiōe debet vaca-  
tio iteruenire. nō *Fre. i tract. p̄di. q. xxxiiij.*

**P**ermutatio nō p̄t fieri de bñficijs qñ cert⁹ nu-  
mer⁹ canonicorū puta vigenari⁹ ē restrict⁹ ad  
duodecim. ⁊ ordinatū est q̄ i loco decedentis  
vel cedētis null⁹ substituat⁹ donec sit redact⁹  
ad numez. xij. **T**ūc etiā si duo d̄ numero vige-  
nario vellēt p̄mutare. nō possent donec nume-  
rus sit redact⁹ ad. xij. *nota Fre. in. d. tracta. q.*  
*xxxiiij. Si tñ illi q̄ statutū ⁊ ordinatiōez fece-*  
*rūt p̄mutarēt: valeret fm Jo. an. lz Fre. dicit*  
*cōtrariū lz lapius aliter distinguat in addi. in*  
*d. tracta. q. xxxv.*

**P**ermutare nō p̄nt rectores ecclesiaz ip̄as eccle-  
sias q̄ sūt d̄ mensa monasterij maxie sine p̄sen-  
su ip̄ monasterij. nō *Fre. in. d. tracta. q. xxxiiij*

**P**ermutari sic non p̄nt canonie sine autoritate  
superioris. ita nec p̄bēde nec dom⁹ assignate ra-  
tione p̄bēde etiā i eadē ecclesia *fm Jo. an. ⁊ la-*  
*pū. lz archi. p̄tra. vt nōt lap⁹ i sine. d. tract. in*  
*addi. Rota tamē dicit q̄ canonici possunt sine*

superioris auctoritate pmutare pbedas suas  
qs habet nō distinctas ab eaz fundatiōe, sed  
ex diuisione bonoz p caplm facta tpaliter assi-  
gnatas. nō Ro. p. clu. cccxli. iij. colū.

**P**ermutatio d necessitate reqrit pmutantē eē  
dñm rei pmutate vel p dño haberi. vt est ius  
habēs i bñficio. q̄lz pprie non sit dñs bñficij:  
tñ p dño habet. vt ē casus in. c. cū venerabil.  
de excep. ff. de re. pmu. l. j. in fine.

**P**ersona. si b̄ xbu referat in materia re-  
stringibili: nō cōprehēdit collegiū nec  
vniūsitatē qz collegiū ⁊ vniūsitatē nō ē  
psona vera s̄ ficta. vt. l. mortuo. ff. de fideiuf.  
⁊ ita tenet Jo. mona. ⁊ Jo. an. i nouella. de p-  
ben. cū in illis. i. fi. li. vj. Et idem tenet Bar. ⁊  
Bal. in. l. oēs p̄li. ff. de iusti. ⁊ iu. Et pbat p  
ter. in. l. in hec xba. ff. de nego. ges.

**P**ersonat⁹ ⁊ psona ecclie qd sint ⁊ i quo  
differāt. vide s̄. xbo dignitas.

**P**ertinere. b̄ xbu latissimū ē. ⁊ cōprehē-  
dit tam petitoriū q̄ possessorium. nota  
Ro. p. clu. ccclix. Itē nō Inno. d causa  
posse. cū ecclia. ⁊ qñqz cōprehēdit dñm qñqz  
possessionē. nō anth. de elec. q̄relā. x. nota ter-  
tio q̄ i isto libello. ⁊ d̄ ecclia ad aliqūē p̄ti ne-  
re ⁊ spectare pleno iure: eo ipso q̄ ē ad sp̄alia  
tñ subiecta. vt nō. in. d. c. q̄relā. x. nota septi-  
mo. h̄ ter. p̄trariū videt̄ ter. iūcta glo. in. c. cō-  
questus. de fo. cōpe. ⁊ qd̄ ibi nōt antho. vide  
ter. de xbo. signi. l. xbu illd̄ p̄tinere. ⁊ d̄ fi. in/  
stru. c. iter dilectos. ⁊ d̄ re iudi. c. sane abbate  
li. vj. ⁊ d̄ elec. c. fi. e. li. ⁊ de reli. do. c. p̄stitur⁹.

**P**ignori possum habere et p̄potheca  
uenere rem meā qñ nō ē in pleno iure s̄  
reuocabiliter mea. vt nō. p. Cy. ⁊ Bal.  
in. l. reb⁹. l. de iu. do.

**P**lacet. qd̄ importet b̄ xbu placet siue  
placebit. vide s̄. xbo arbitriū.

**P**laban⁹ an dicat̄ p̄latus. vide s̄ xbo  
p̄latus.

**P**lena p̄batio q̄ dicat̄. vide s̄ xbo p̄ba-  
tio. s̄. p̄batio indubitata. ⁊ qñ dicatur  
plene liq̄re de causa vide textū ⁊ glo. d̄  
testi. significauerūt. in fi. ⁊ de i. inte. resti. audi-  
tis. ⁊ vide oino s̄. xbo liberā.

**P**luralis numer⁹ i gratijs bñficialib⁹ re-  
stringit̄ ad duo. de p̄ben. li. vj. is cui. ⁊  
qñqz ad vnū tm̄ qñ sup bñficijs dispen-  
sat̄ fm̄ archid. in. c. ij. de fi. p̄el. li. vj. i verbo  
plura. p̄dicta itellige nisi xba pluralis nume-  
ri eēt geminata vt xbu plurima fm̄ Jo. an.  
ibidē i nouella. Idē in xbo q̄cūqz vel qd̄cūqz  
talīa enī xba geminata oēm numez includūt  
nō Bar. in. l. balista. ff. ad trebell. ⁊ sub talib⁹  
x̄bis geminatis veniūt bñficia curata que  
nō veniēt. nō Ro. p. clu. cxxxij. vide Jo. an.

de p̄be. q̄uis. li. vj. sup xbo restringi. i nouel-  
la. ⁊ sup xbo bñficia. ⁊ sup xbo bñficijs.

**P**luralis sermo an resoluat̄ i plures singulari-  
tates. vide Bar. ff. de cōdi. ⁊ demō. l. falsa. s̄.  
fi. ⁊ ad trebell. l. heredes mei. s̄. cum ita. ⁊ effi  
qs cau. l. si seru⁹. s̄. si plurimū. ⁊ de nego. ges.  
l. iij. s̄. negocia. et per Bal. in. l. penul. l. de  
impu. ⁊ ali. sub. ⁊ p glo. in. c. vt p̄uilegia. i gl.  
fi. in clemē. j. de renūcia. sup verbo alios. ⁊ de  
rescrip. c. ij. in. j. glo. ⁊ p archid. j. dis. oēs. ⁊ p  
anth. in p̄benio clemē.

**P**ossessio. In iurib⁹ incorporalib⁹ nō est  
vera possessio s̄ intellectualis. iter p̄trati-  
ua. ⁊ impropria. quam iura qñqz apel-  
lāt q̄si possessionē. qñqz intellectuālē possessio-  
nē. qd̄ nō. p̄pter statuta de poss. loquētia. nō  
anth. de cau. pos. c. fi. iij. colū. in p̄nci. ⁊ vidē s̄  
in xbo p̄mutatio.

**P**ossessio in iurib⁹ incorporalib⁹ acq̄rit̄ ex vno  
actu affirmatiuo eius s̄ quez possessio q̄ritur.  
quē actū q̄s verisimiliter alteri nō exercet nisi  
ius habēt. S̄ ille actus p̄sistit in agere vt cē-  
sum soluere vl̄ ad sinodū ire i signū subiectio-  
nis siue pati. potiores tñ sūt act⁹ q̄ sonāt i age-  
re q̄ i pati. nō ant. de cau. pos. c. fi. j. colū. Cō-  
clude an sufficiat vn⁹ act⁹ vel req̄rant̄ plures  
q̄ exigan̄ tot ⁊ tales act⁹ ⁊ taliū iuriū exerci-  
tia q̄ p̄cludāt vtentē vti iure suo p̄ iure suo et  
patiētē pati vtentē vti p̄ iure suo. vt nō. xxvij  
colū. x. sc̄do in vsu. Et vide. j. s̄. possessio seu  
q̄si subiectiōis. ⁊ s̄. possessio seu q̄si iuriū incor-  
poraliū vt acquirat̄.

**P**ossessio p̄t acq̄ri i p̄stationib⁹ p̄sonalib⁹ p̄p̄-  
rem a p̄sona debitoris. ⁊ p̄ tali q̄si possessione  
p̄t agi recuperāde. nō ant. de cau. posselli. c. fi.  
na. ij. colū.

**P**ossessio lz adaptabilis sit ad iura incorpora-  
lia tñ p̄prietatē nō. qz tale ius nō ē plena p̄p̄-  
etas s̄ qd̄ a p̄prietate separatuz. hinc est q̄ p̄  
talib⁹ iurib⁹ nō dat̄ stricta rei v̄dicatio s̄ cō-  
fessoria q̄ ē in rem actio. p̄ talib⁹ tñ iurib⁹ put  
applicat̄ ad rem corporalē. dat̄ qd̄ā v̄dicatio  
lata i rōne iuris q̄ appellat̄ vtilis rei v̄dicatio  
⁊ i totū non sapit naturā p̄fessorie q̄ est in rem  
actio: cū detur ad rem corporalē. nec i totū na-  
turā rei v̄dicatiōis cū detur ad ius corpora-  
le fm̄ Inno. cui⁹ dictū saluari possit itelligen-  
do d̄ illa lata v̄dicatiōe q̄ p̄ iurib⁹ etiā i hōie  
cōpetit adiecta causa v̄dicatiōis rōne talis  
iuris. nō ant. de cau. pos. c. fi. iij. colū.

**P**ossideri nō p̄t actio nisi p̄ illuz cui cōpetit. vt  
nōt Oldra. p̄silio. cccij. ⁊ Inno. de resti. spo.  
in lris. ⁊ antho. de p̄scrip. auditis. vj. colū. x.  
oppono q̄ nō possit.

**P**ossessio i iurib⁹ corporalib⁹ hz vsū ip̄i iuris  
p̄ subiecto sicut i re corporali habet ip̄az rem

p subiecto. et talis usus habetur p traditioe. ideo si usus e ptinu? dicitur seruit? et possessio co/ tinua. si no e cotinua: appellat discontinua. et h in realib? In futu? aut et iurib? p sone de bitis: subiectuz qsi possessionis e habit? usus ex reliquijs pcedentis usus causat? no ant. de cau. pos. c. fi. iij. colum. Conclude i realibus q ipm ius no qsi possidet immediate. sed actus q exerce? rone ipsius iuris. s3 attenda causa me/ diata: ipsum ius dicitur qsi possideri siue sit penes possidete siue no sit. qz actus ille q vult: exerce tur rone iuris exercens vl q pcedit. no ant. d resti. spo. c. f. z. c. i. lris. xvij. colu. x. ad pmu.

**P**ossideri an possit obligatio psonalis ad vna pstatione. dic q possit qsi possideri p tertium quia apta est pati missionem. **I**tem p ipsu cui co/ petit potest dici possideri: si possidere latissi/ me sumat p habere vl tenere. **S**ed si sumatur stricte pro vera possessione vel quasi: no videt q talis obligatio sit possidibilis: qa vltra sub/ stantiam obligationis nullus e usus q posses/ sioni applicari possit et que p subiecto habeat **D**icit tamen bar. q vbi subest veritas debiti videtur quis esse i possessione ppter spem vl erigedi debitum. no anth. de cau. pos. c. fi. v. co/ lu. in pn. **E**t fm pmissa itellige qd id e ant. no? de resti. spo. in lris. xix. colu. x. qrit tertio. et de cess. c. puenit. v. colu. in pn. **E**ldra. dicit fm **I**nno. q actio et sequeter obligatio pnt pos/ sideri p illu cui vere copetit non p aliu. vt ipe not p silio. c. xl. vj. in fi.

**P**ossideri an possit obligatio psonalis ad plu/ res pstationes. legiste tenet q no. **I**nno. p di/ cit. q qda sut pstationes psonales q annectit alteri iuri reali: vt pstatio celsus rone subiecti onis. na ius subiectionis reale e vt e pstatio si delitatis respectu vasallitici iuris. vt est psta tio celsus rone iuris emphiteotici. et i his e da re qsi possessione rone iuris realis cui annectit qd possidibile e. qda? sut pstationes psonales q no annectit alteri iuri reali s3 traseut in ali/ qd ius realiter distinctu et separatu ab ipa ob/ ligatioe psonali. vt e ius decime. vt e pstatio rone pedagij vel rone collecte. et i his e etiam dare qsi possessione: qz possessio reperit subie ctu cui applicat s3 vsum illius iuris separati ab ipo iure obligatiois psonalis. nec e vis an detur cocusus vitatis illi? iuris qd possidet vel no. **S**3 qda sut pstationes psonales q no annectitur alteri iuri reali. nec traseut i aliqd ius distinctu ab obligatioe psonali. et i his no e dare qsi possessione. s3 bn creatur qda? usus aptus ad ptu possessionis et ad pducendu ob/ ligationis substana et ad psumenda obligatio nis causam. no anth. de cau. pos. c. fi. vj. z. vj colu. s3 **B**ar. dicit p trariu in l. ij. ff. q. bo. **S**3

alio dixisse videt in l. iij. **C.** vnde vi. z. ff. d vi z vi ar. vide decisionem rote i antiqs q alio setit **P**ossideri pnt iura incorporalia q dant in pso na. velut i rem qn talia iura habent i se dnuiz velei? pte. vt ius fututis i seruui. ius liberti/ nitatis i libertu. ius ascriptici i ascripticum. ius monachar? i monachu. ius clericar? in cle ricu. ius ciuilitatis i ciue. ius patrie ptatis i fi liu. ius sororitatis et fraternitatis i sororem et fratre. qz in oi pdictor iuriu e dare lata pprie tate d iure qsitā. vt vbi e dare pprietate: ibi e dare possessione. no ant. de cau. pos. c. fi. viij. colu. x. scdo diceba.

**P**ossideri an possint iura q debet a re rei vt sit seruit? vie itineris act? aqueduct? et silles. dic q si habent causam ptinuā vel qsi: dat solus usus. qda? sut q pducit effectū possessionis et pscriptionis. no ant. de cau. pos. z pprie. c. fi. viij. colu. x. diceba tertio.

**P**ossideri an possint iura incorpalia q debet a re psonae. dic q si cadat in plenaz pprietate si/ cut e ius dominij: in h nulla e qsi possessio iuri qz ex toto dominij ius pfundit i dominio et ve ra possessione rei. qda? sut q cadut in pte pprie/ tatis sicut e usufruct? et usus. et tunc eo respe ctu q e ius in re: dat vera possessio naturalis rei. eo aut respectu q e ius usufruct? vl usus dat qsi possessio ipi? iuris: no solu p dnm sed etiā p quelibet extraneu. s3 **B**ar. dixerit ptra et male q dat solu p dnm. no ant. de cau. pos. c. fi. viij. z. ix. colu.

**P**ossideri seu qsi pot p canonicu ius eligendi. qz ius eligedi no pfundit in iure canonicali s3 est qd extrinsecu et ps per se a iure canonicali cu multi sint habetes ius eligedi q no habent ius canoniale. et canonic? effect? no h3 ius eli gedi nisi ei assignet loc? in caplo. no anth. de cau. pos. c. fi. viij. colu.

**P**ossessio pbede vel ecclie dicitur esse penes bnfici/ atu suo noie respectu tituli. s3 respectu bonoz ecclie vel pbede dicitur noie pbede vel ecclie possi deri. no **R**o. pclu. cccxij. vj. colu.

**P**ossessio circa ius tituli i beneficio an sit vera possessio respectu rei vl qsi possessio respectu iuris. dicunt qda? q cleric? ad instar usufructu/ arij habet possessione naturalē in reb? vel qsi possessione respectu iuris tituli. **S**ed dic fm **I**nno. q cleric? in bnificio e simplex detetator corporis ecclie et reru suaz: et habet sola quasi possessione iuris administradi. vera autē pos sessione reru et ecclie habet xps vel ecclia vni uersalis et pticularis. et hoc in clericis secula ribus. **P**riores autē et alij regulares plati si sint manuales: nulla habet quasi possessione sed tenet vt vicarij vel vt custodes. **S**i autēz no sint manuales s3 ppetui vt electi a capitulo



vel puentu: illi habēt quasi possessionez iuris administrādi: et noie pprio possunt agere vt restituant. nō antho. de cau. pos. c. fi. xj. et xij. colū. Et tāgit etiā in. xxxij. colum. v. mibi vi def. Alibi dicit Inno. et h̄ approbat q̄ cleric⁹ habet naturalē possessionē rez ecclie noie suo et ciuilē noie ecclie. Sed hāc opinionē reprobat ant. et tenet p̄mā in. c. in lris. de resti. spo. xxxij. colū. v. ex hoc decidit. et xxvj. colū. v. venio ad vltimū. d̄ cau. pos. cū sup. iij. colū. et vide. f. s. possessio seu q̄si iuri et tituli. et s. se. Possessionē seu q̄si rerū ecclie vel iuris administrādi eas nō habēt illi q̄ ecclias ad firmā cōducūt q̄bus detur vniuersalis administratio reddituū et facultas colligēdi spūales et tēporales redditus: sed habēt nudā facultatez administrādi et nomie alieno siue sint clerici siue laici. Ideo nō q̄si possident s̄ alijs tenent. Et p̄pterea si tali facultate priuent: nō p̄nt agere possessio noie pprio. nō anth. de cau. pos. c. fi. xij. colū. v. ex his ḡ decidit.

Possessionē seu q̄si rerū p̄bende vel iuri administrandi nō habet laic⁹ cui p̄ eo ei⁹ sustentatio ne ē p̄cessa p̄benda. nec habet ius administrādi appropriatū: q̄ tale ius spūale nō cadit in laicū. s̄ tāq̄ p̄curator in re sua administrat. et sic nō q̄si possidet. nec ei⁹ p̄ssit agere possessio noie pprio. nō anth. de cau. pos. c. fina. xij. colū. v. ex his decisio surgit.

Possessio seu q̄si seruitutis q̄ a nemine possidetur non acq̄rit nec creatur ex eo solo q̄ q̄s cōprehēdat fundū dominantē. s̄ si existens i q̄si possessione seruitutis vēdat fundū dominantē et illū tradit animo trāfferendi etiā q̄si possessionem seruitutis illā trāffert. Aliud est ergo in q̄si possessione nouiter creanda: in q̄ requiritur p̄tētia aduersarij in seruitutis vsu. et aliud iā formata trāfferēda. nō anth. de cau. pos. c. fi. xij. colū. v. venio ad scdm.

Possessio seu q̄si subiectiōis seu iurisdictionis i castrū ciuitati subiectū vel in capellā ecclie subiectā acq̄ritur eo ipso q̄ quis ingreditur ipaz ciuitatem vel eccliaz absq̄ alio p̄ticulari exercitio iurisdictionis. q̄d est verum quando ille q̄ p̄mo dictam eccliaz vel ciuitatē tenebat erat in quasi possessione subiectiōis et iurisdictionis p̄dicte. secus si quasi possessio nondū eēt in aliquo firmata: q̄ tunc per soluz ingressum in ciuitatē vel eccliaz nō acq̄ritur quasi possessio subiectiōis castrū vel capelle. nō ant. d̄ cau. pos. c. fi. xij. colū. v. p̄ h̄ p̄cludit.

Possessio seu quasi iuris decimalis acq̄ritur eo ipso q̄ quis inducitur in fundū decimalem ab eo qui habet dictam quasi possessionē quā vult trāfferre in illuz quē inducit. Secus si inducens non sit in quasi possessione decime: q̄

tunc sola traditione fundi nec creatur nec acq̄ritur quasi possessio p̄dicta nisi vna cū traditione fundi aliquaz p̄tem decime reciperet animo acq̄rendi quasi possessionē. aliud est ergo in quasi possessione nouiter creāda. et aliud in iam formata trāfferēda. nota antho. de cau. pos. c. fina. xv. colū. v. ex his. scdo decidit. et xvj. colū. v. ex h̄ apparet. et nota per eundem de resti. spo. in litteris. xxxij. colum. v. p̄ h̄ determinat.

Possessio omniū bonoz ciuitatis vel castrū acq̄ritur cōprehensione vnius loci eiusdez ciuitatis vel castrū quādo apprehēditur animo apprehēdi et acq̄rendi possessionē totius. Sec⁹ i quasi possessione iuris et iurisdictionis in ciuitate vel castrū: q̄ non acq̄ritur nisi intercedat aliq̄d exercitiū particularis iurisdictionis: sciēte et patiēte illo cui in iurisdictione p̄iudicat. s̄m Bart. dicit q̄ solo ingressu ciuitatis vel castrū cū apparatu iurisdictionali acq̄ritur quasi possessio totius iuri et iurisdictionis. q̄ p̄ p̄minētiam illam ostendit aliq̄d tangere de iurisdictione actu et quia talis actus anectit iurisdictioni. Aduerte tñ q̄ si agat de acq̄renda quasi possessione iuris totius puincie: oportet q̄ in grediat p̄uinciales vel p̄ncipalem ciuitatem. vbi autē ingreditur ciuitatē nō in apparatu iurisdictionali: tūc si agit d̄ quasi possessione iuri de nouo creāda nō acq̄ritur solo ingressu. si d̄ iā creata trāfferēda: illa trāffert. nō antho. de cau. pos. c. fi. xvj. colū. v. ex his inducit.

Possessio seu q̄si iurisdictionis acq̄ritur eo ipso q̄ iudex ponit in possessione tribunalis. q̄ i eo q̄ in apparatu ad tribunal sedet tāgit aliq̄d de iurisdictione. nō ant. de cau. pos. c. fi. xvj. colū. v. ex p̄dictis puto.

Possessio seu quasi iuris administrādi i ecclia acq̄ritur eo ipso q̄ aliq̄s inducit in possessionem corporis ecclie animo acq̄rendi q̄si possessionez iuris administrādi. q̄ actus ingrediēdi ecclie iā ē coherens administrationi ecclie. ideo statim cū autoritate superioris inducit vel ingreditur: incipit aliq̄d tangere de iure administrādi. quia actus ingrediēdi ecclie iā est coherens administrationi ecclie. quod cōsistit etiā in tenere. nota ant. de cau. pos. c. fi. xvj. colū. v. ex his decidit.

Possessio iuri eligēdi nō acq̄ritur ex eo solo q̄ q̄s inducat in possessionē capli vel chozi. q̄ p̄ ingressum nihil tāgit de p̄te iuris eligēdi. s̄ bñ fateor q̄ ex h̄ est i q̄si possessione capli p̄ q̄d habet licētā p̄pria autoritate apprehēdi quasi possessionē iuris eligēdi. nota anth. de cau. pos. c. fi. xvj. colū. v. ex h̄ apparet. S̄ p̄trariū nōt ant. de resti. spo. in lris. xxxij. colū. v. ex h̄ infertur. et huic cōcor. quod nō. f. s. possessio

iuris plature.

**P**ossessio seu quasi iuris colligendi passagium non acquiri ex eo solo quod quis ponat in possessione loci ubi passagium colligit: quod ex hoc non tangit aliquid de parte iuris colligendi passagium. non autem de cau. pos. c. fi. xvij. colu. v. ex his ptz.

**P**ossessio seu quasi iuris canonicalis vel plature non acquiri ex eo solo quod canonicus vel platus sit in ductus in possessionem fundorum et possessionum ecclesie secundum Inno. Tu dic quod si consuetudo adest quod talis inductio habeat per signum possessionis tradite: tunc transferri quasi possessio iuris vniuersalis. sed cessante consuetudine acquiri solum quasi possessio administrandi temporalia non spiritualia: quod eo quod fundum ingredi superiorem patiente vel non contradicere tangit aliquid de administratione temporalium et sic ratione proprietatis eiusdem administrationis et spiritus extendit illa quasi possessio ad omnia loca respectu temporalis administrationis: dum tamen acquirenti consistat. sed ad spiritualia non extendit. quod sunt alterius spiritus et superioris gradus: de quibus nihil tangit per ingressum predictum. non antho. de cau. pos. c. fi. xvij. colu. v. de his decidit. Alibi dicit quod licet per ingressum fundorum ecclesie vel beneficij acquiratur possessio naturalis et civilis ipsorum fundorum naturalis nomine proprio: et civilis nomine ecclesie secundum Inno. quod tamen non approbat: tamen non acquiri quasi possessio iuris canonicalis vel plature nisi illo iure utatur vel iterueniat constitutus. ut non per anth. de resti. spo. in lris. xxij. colu. v. ex his decidit. sed per trarium teneat. Ro. ut ipse no. e. c. in lris. xxij. colu. v. quibus et tertio principaliter.

**P**ossessio seu quasi iuris patronatus acquiri per apprehensionem ecclesie vel bonorum ecclesie. quod est verum quod ad ius administrandi et honorificetie: quod per apprehensionem tangit aliquid de administratione et honorificatione. secus quo ad ius presentandi: si non sit aliter de illo iure usus. vel nisi quasi possessio iuris presentandi iam esset creata in patronum alteri donantez: quod tunc illa quasi possessio transferretur in donatariu in possessionem ecclesie inductu: animo illam possessionem transferendi sciente et patiente superiore. non antho. de cau. pos. c. fi. xvij. colu. v. ex his decidit.

**P**ossessio iuris patronatus ut presentacionem valider: requirit quod sit penes presentantem in limitibus actus presentacionis. perambula ergo possessio precedens vel actum presentacionis sequens non valdat presentacionem. nec etiam illa que in limitibus presentacionis acquiri. quod vltimum verum est in possessore tamen: sed in vero patrono sufficit ad validitatem presentacionis ipsum acquirere quasi possessionem in actu presentandi. nota autem de iure pa. c. consultiobus. i. vij. nobili.

**P**ossessio seu quasi iuris subiectionis acquiri- tur eo ipso quod aliquis inducit in possessionem ec-


*Marginal notes on the left edge of the page, containing various fragments of text from the reverse side or other sources.*

platus vel clericus supueniens: etiam ante ad eptam possessionem plature vel beneficij potest nomine ecclesie non suo intentare iudicium possessorium pro annua pensione predecessoribus suis soluta et non subtracta. quod limita nisi aliter illud ius percipendi pensionem quasi possideret. non **Ro. 2. clu. iij. et idem non. ant. de cau. pos. cu sup. iij. colu. in fi.**

**P**ossessio tunc acquiritur per aspectum quem tradens quod est in aspectu rei eam possidet. **Secus** si res est vacans. non **Bar. in. l. j. in pn. ff. de acq. pos. et non glo. in clemen. j. v. v. de here. sup. vbo iuramentu.** Hoc intellige quoniam rei vacantis quis vult possessionem acquirere sine traditione alteri ad hanc potestatem habetis. **Sed** si executor habens potestatem a iudice mittendi in possessionem tradat per aspectum rem quam ingredi non potest: tunc acquiritur possessio per aspectum. **Secus** si ingredi potest. ut ibi non. **Bar. Et ita limita quod non dicitur specu. in ti. d. primo et secundo decreto. s. na de effectu. in pnci. et quod non anth. de resti. spo. cu venissent. v. vnu non omitto. vltima colu.** **Nec** dicat quod **Bar. loquitur** in portio pignere quod solo aspectu constituit. quoniam non potest ingressus: quasi hanc operetur fauor iudiciorum quoniam non minor est fauor et autoritas executoris pape quam inferioris iudicis. et opi. **Bar. e** valde equa et optime probat in. l. quis ff. de bo. auto. iudi. po. et d. dam. in fec. l. si finita. s. illud. et. s. penul. **In** quibus potestatem tenuerit quod est magis meri facti quam possessio. ut non **Bar. in. d. l. j. in pnci. acquirat** per aspectum in certa traditione executoris non habetis liberum aditum ad rem: ergo per eandem rationem acquirat etiam possessio. et hoc voluit **Bar. in. d. l. j. in pnci. in qstio** ne quam format de detentio. vbi querit an detentio ita acquirat ex traditione executoris facta per aspectum sicut possessio quasi non dubitauerit quoniam possessio acquirat. sed de detentioe dubitatur quoniam magis est facti. **Adde** limitatio **Bar. quod tunc demum missus et iustus mitti in possessionem per executoris: acquirat** possessionem per aspectum quoniam stetit alium quod possessionem intrare non potuit. et ita limitat **angelus in. l. cu vnus. s. fina. ff. de bo. auto. iu. po. et est casus in. c. cu 2. tin. gat. de dolo.**

**P**ossessio non acquirat michi per amicum meo nomine intrate et possidete nisi ratum habeat. et ita intelligit regula. is possidet. non **Ro. 2. clu. cxlv.**

**P**ossessio semel habita presumit versus ad mortem continuata: nisi contrarium probetur. non **Ro. 2. cl. cxx.**

**P**ossidere presumit qui detinet. nota **Ro. 2. clu. clj. in fi.**

**P**ossidetur conditio melior est in pari causa. de **ben. c. si a sede. li. vj.**

**P**ossessio recessus non facit presumi in beneficiis bona fide nec iustum titulum. non **Ro. 2. clu. iij. et Inno. c. ij. de resti. in inte.**

**P**ossessio beneficij de colorata si doceat possidens de institutione per episcopum facta: licet non doceat de presentatione ob quam fuit facta institutio. non **Ro. 2. clu. cxxxiiij.**

**P**ossessio contra reservationem papalem obtenta: est meri facti et caret omni effectu et amiculo iuris sine quod in beneficiis possessio non procedit. et est inualida. ut non **Ro. 2. clu. xvj.**

**P**ossessiones beneficij potest autoritate propria ingredi quibus habens canonicum titulum **Imo Do. sti. et Jo. an. ut non ant. de cau. pos. c. fi. xxxv. colu. de resti. spol. in lris. xxvj. colu. v. venio ad vltimum. in fi. colu.**

**P**ossessiones beneficij violenter ingrediens prout omni iure quod habet in eo: etiam si is quem violenter expulit occupauit iniuste. non **Ro. 2. clu. xvj. et 2. clu. cccxxiiij. Secus** si ingrediens possessio nem nullam violentiam committit: licet propria autoritate ingrediat. ut non **Ro. 2. clu. cccc.**

**P**ossessio beneficij amittit eo ipso quod quis renunciat beneficio. non **Ro. 2. clu. cccxlv. quod est verum** in possessione iuris. secus in ea que est facti. et idem in eo qui renunciat liti et cause et iuri suo. quia retinet possessionem facti. nec licet ei in cuius fauorem renunciauit apprehendere possessionem propria autoritate. et si renuncians illa possessio ne que est facti spoliatur: restituitur. non **Ro. 2. clu. clj.**

**P**ossessionem beneficij si quis amittit eo ipso quod cum alio beneficium permutat. ideo non agit interdico unde vi. nec ex canone reintegranda. non **Ro. 2. clu. lix.**

**P**ossessio in beneficiis potest haberi absque canonica institutione. et sic defectus proprietatis tituli non impedit possessionem nec effectum a sola possessione deriuatum. non **anth. de resti. spo. in lris. iij. colum. v. nota quod contra. licet autem ad possessionem habendam non requiratur canonica institutio: requiratur tamen colorata siue titulus putatiuus. ut non ant. in. d. c. xij. colu. v. ad huius euidentiā.**

**P**ossessio an perdat eo ipso quod possessor permittit alium de facto tenere per annum negligendo petere vide **Jo. an. de elec. qrela. sup. vbo. de nouo. et vide quod non. de resti. spo. c. j. p. anth.**

**P**ossessio seu quasi: eiusdem modis quibus acquiritur eiusdem contrariis perditur. unde possessio acquisita per installationem: perditur per deinstallationem: quod est verum quando installatur per habentem ad hoc potestatem. **Si** autem alius ad quem non pertinet deinstallaret: non faceret deinstallatum perdere generale possessionem dignitatis: sed illius loci tamen unde deinstallatus fuit. **Secus** si esset spoliatus autoritate superioris: iuris ordine fuato. **Imo Inno. de resti. spo. in lris. xxvj. colu. v. venio ad quartum.**

**P**ossessio acq̄sita sine auctoritate superioris: eis/  
dem modis q̄b' acq̄rit eisdē ꝑtrarijs pditur.  
nō anth. de resti. spo. in lris. xxvj. colū. ꝑ. ve-  
nio ad q̄rtum.

**P**ossessio civilis ꝛ naturalis trāssert in aliuz ꝑ  
ꝑstitutū: si ꝑstituēs vtrāq̄ habebat. si alteraz  
tñ: illā trāssert quā habuit. nō Bar. ff. d. acq̄.  
possel. l. interdū. §. fi. ꝛ. l. de pigno. l. credito  
res. ꝑ. itē q̄ro qd si in instrumēto. Si nullam  
habuit sꝫ simpliciter detinebat: oēm possessiōez  
transfert si res erat vacās ꝛ a nemine possessa  
Si ꝑ alter civiliter vel naturaliter possidebat: il  
lā trāssert q̄ vacans reperit. si nulla vacat nul  
lam trāssert. nō Bar. e. ti. l. qd me. in ꝑn. Et di  
cta possessio q̄ acq̄rit ex ꝑstituto: ē vera posses  
sio nō ficta sꝫ traditio facta lic. vt ibidez nō. ꝑ  
Bar. Et idē dicit ant. d. resti. spo. cū venissent  
iiij. colum. in fi. ꝛ vide s̄. §. possessio seu quasi  
omniū.

**P**ossidere dicitur q̄s vi. clam. vñ ꝑcario ab alio qñ  
abstulit. vel possessore absente vel ignorāte i/  
trauit. vel ab eo ꝑcario rogauit. nō. antho. de  
ꝑscrip. veniēs. v. colū. in ꝑnci.

**P**ossessionē civilē ꝛ naturalē trāssert possessor  
in emptorē vel aliū a q̄ ꝑcario rogat. ꝛ imedi/  
ate ꝑ talē rogationē trāssert naturalis posses  
sio in rogātē q̄ ē noua possessio a ꝑma. qꝫ ꝑma  
erat naturalis simpliciter: ista est naturalis ꝑca  
rio. nō Bar. ff. d. acq̄. pos. l. interdū. in ꝑn.

**P**ossessionē ꝑcario rogās ab alio siue ꝑstituēs  
se ab alio ꝑcario possidere: possidet naturaliter  
Sꝫ ꝑstituēs se alteri' noie possidere: nullo mo  
do possidet. Sꝫ si in eodez instrumēto eadem  
hora ꝑfecto vtrūq̄ ponit scz ꝑcariū rogatio ꝛ  
simplex ꝑstitutio vel ꝑductio: nullā possessio  
nem retinet. nec habet q̄ ꝑcario rogat. Si ꝑo  
i instrumēto sic ꝑtineat ꝑstituens se dicti em  
ptoris vel creditoris nomie ꝑcario possidere  
talia ꝑba ex mēte cōtrahētū importāt ꝑcariū  
tñ. ꝛ sic emptor vel creditor possidebat civiliter.  
vñ ditor et debitor naturaliter: ꝑcario tñ.  
sꝫ ꝑba magis apta ad ꝑcariū sūt qꝫ dicat: ꝑsti  
tuit se dictus venditor vel debitor a dicto em  
ptore vel creditore ꝑcario noie possidere. nō  
Bar. ff. de acq̄. pos. l. interdū. in ꝑnci.

**P**ossessionē ꝑcario rogās ab vno si postea ean  
dem rem ꝑcario rogat vel ꝑducit ab alio: ꝑri  
uat ꝑmū tua possessiōe ꝛ scdm facit possessore.  
Sec' si q̄s ꝑmo se ꝑstituit simpliciter alteri' no  
mine possidere. deinde ab alio ꝑcario rogat  
vel ei' noie possidere ꝑstituit. qꝫ tūc ꝑmū pos  
sessione nō puat. Ratio differētie est: qꝫ ꝑmo  
casu ꝑcario rogās naturaliter possidebat. scdo  
casu simpliciter ꝑstituēs nullā possessionē habe  
bat. nō Bar. de acq̄. pos. l. interdū. §. fi. ꝛ. l. q̄  
pignoz. ꝛ d. vsuca. l. celsus. ꝑ. sꝫ pone.

**P**ossessionē ꝑcario rogās ab alio: si nō restituit  
rem ei a q̄ rogauit: dicitur eū spoliare possessiōe.  
nō Bar. ff. de ꝑca. l. fi. ꝛ ꝑbat in. l. colonus. d  
vi ꝛ vi arma.

**P**ossessionē nullā retinet q̄ rem quam possidet  
ab alio ꝑducit. nō Bar. ff. d. acq̄. poss. l. interdū  
in ꝑnci. ꝛ d. vsuca. l. celsus. ꝑ. sꝫ pone.

**P**ossessionē civilē tñ habēs: si rem quā civiliter  
possidet i emphiteosim dat ꝛ se noie emphite  
ote possidere ꝑstituit: trāssert i eū civilē: quaz  
videt euz voluisse habere donec acq̄rat natu  
ralē q̄ sibi cōpetitura ē ꝑ suo iure emphiteoti  
co. nō Bar. ff. de acq̄. pos. l. interdū. §. fi.

**P**ossidere dicitur creditor civiliter et naturaliter rem  
sibi pignoratā quaz debitor noie ipi' credito  
ris cōstituit possidere. Sꝫ si ꝑcario rogauit a  
creditore: tūc creditor civiliter possidet: debi  
tor naturaliter ꝛ ꝑcario. nō Bar. ff. de acq̄. pos.  
l. interdū. in ꝑnci. ꝛ de vsuca. l. celsus. ꝑ. sꝫ po  
ne. Si autē nō cōstituit nec rogauit sꝫ tradidit  
realiter: tūc creditor possidet. vt in. l. cū vt for  
tis. §. pign' ff. de pigno. acq̄rit et facit fruct'  
suos. vt. l. si pignoz. §. si d. do. e. ti. ꝛ agit fur  
ti ꝛ ꝑtra debitorem. vt. e. l. si pignoz. §. j. Aut  
etiā quod me. cau. vt. e. l. si pignoz. §. j. Agit  
etiā iterdicto vnde vi ꝫ debitore spoliantem.  
vt nō. in. e. l. si pignoz. §. si post distractuz. et  
nō Bar. de ꝑca. l. fi. ꝛ eadē rōne ageret vi bo  
noz raptor ꝑ re mobili. Aditenduz tñ est qꝫ  
possessio quā hꝫ creditor debet eē ad cōmodū  
debitori q̄ ad dominiū ꝛ vsucapiēdi ꝑditionē  
ꝛ illo respectu dicitur debitor possidere non credi  
tor. vt. l. sciēdū. §. creditor. ff. q̄ satisfda. cogū.  
ꝛ ibi nō. glo. Et ꝑpterea debitor rem pignera  
tam vñ dendo ꝛ tradēdo vel emptoris nomie  
ꝑstituendo: trāssert i eum dñiuz ꝛ vsucapiēdi  
ꝑditionē. vt nōt Bar. in. l. celsus. §. sꝫ pone. d  
vsuca. Et si creditor emptorē nō admitteret:  
videt debitorē spoliare. ꝑ. l. colonus. ff. de  
vi ꝛ vi ar. Sed liberato pignoz: debitor rein  
cipit oēm possessionez habere qñ liberat ꝑ so  
lutionē vñ aliter ex volūtate creditoris. sec' si  
ꝑ aliā iuris subtilitatē. nō Bar. ff. d. acq̄. poss.  
l. q̄ pignoz. ꝛ de ꝑca. l. si debitor. ꝛ h̄ intelli  
ge qñ liberatur debitore rem detinente secus  
putarē si res eēt penes creditore. qꝫ ꝫ ꝑcariū  
extinguat ꝑ solutionē: non resoluit possessio  
existēs penes creditore q̄ ē facti. ideo a iure re  
solui nō ꝑt sꝫ req̄rit ꝑtrariū factuz. ꝛ vide. §.  
ꝑri. sequēti.

**P**ossidere dicitur creditor rem quā debitor ei' noie  
ꝑstituit possidere. ꝛ ꝑpterea sꝫ debitor eā vñ/  
dat vt emptoris noie possideat: nō trāssert in  
emptore possessionē q̄qꝫ transferat vsucapiē  
di ꝑditionē. nō anth. d. resti. spo. cū venissent  
penul. colum.

margin notes on the left edge of the page, partially cut off and difficult to read.

**P**ossessio quā tenet dñs p colonū an amittat si colon⁹ non admittat emptorē q̄ a dño emit. vide bar. ff. d. vi. r. vi. ar. l. colon⁹. r. l. cū fūdū.

**P**ossessio seu q̄si iure matrimonialis solo animo nō pdif. vel si pdif solo animo: recuperatur eo q̄ petif. nā i matrimonialib⁹ possessio ē p̄iucta pprietati nō abdicabili nuda voluntate. sapit q̄ possessio naturā pprietatis. nō ant. de resti. spo. l. f. r. s. x. qd si vir.

**P**ossessio civilis vel naturalis nō acq̄rit p missiōnē ex p̄mo decreto factā i psonali s̄z missus i reali v̄l hypothecaria: possessor efficit. nō bar. in. l. iij. s. fi. ff. de acq. pos. r. i hypothecaria pcedit q̄n creditor fuit missus i possessionē rei obligate quā nō possidebat. alioq̄n p imissionē ex p̄mo decreto possessionē pderet r solā detētionē q̄reret. nō bar. in. l. si q̄s. e. ti. h̄ tñ non firmat. s̄z vide p euz in. l. si finita. s. iul. de dā. infec. x. pone q̄ ipe. Et qd dictum ē i psonali pcedit etiā si imissio fiat p executionē rei iudicate. nō bar. in. l. diuo pio. s. si sup rebus. de re. iur. Contrariū sentit r meli⁹ in. l. is cui. s. q̄ seruādoz. ff. vt i pos. le. vbi distinguit int̄ creditorē missuz i possessionē qz debitor nō defendit. q̄ missio appellat ex edicto p̄toris. r inter missum qz debitor non soluit: q̄ appellat ex rescripto imperatoris. r hec facit missum possessorē. vt ē tex. in. d. s. q̄ seruādoz. in fi. r i. s. q̄ri poterit. in. e. l. qz q̄ missio facta p executionē rei iudicate fit. qz debitor nō soluit missum possessorē. facit ad h̄ qd idē bar. nō. in. l. si pe cunie. s. fi. e. ti. r melius in. l. postq̄. s. imperator. ff. vt le. ne. ca. r ibi est bon⁹ tex. S̄z mis/ sus in psonali nullā acq̄rat possessionē: acq̄rit tñ detentionē custodie causa. nō bar. in. l. iij. s. ex p̄trario. i fi. ff. de acq. pos. r. l. si finita. s. iul. d. dam. infec. r ibi glo. r p̄pterea non lucrat fruct⁹. vt nōt bar. in. d. s. iul. Inno. tñ dicit qz nec detētionē acq̄rit. s̄z ē custos nō detētor. ideo poterit rei v̄dicatione pueniri. vt nō. p eū in. c. qm̄ frequēter. s. fi. vt li. nō cō testa. in glo. sup x̄bo possessionē. r idēz tenet spe. vt nōt ant. in. d. c. qm̄ frequēter. s. penul. x. nūq̄z d̄ detētorē. i fi. S̄z idē ant. in. d. c. qm̄ s. fi. i fi. iij. colū. tenet qz missus ex p̄mo decreto tñ habet nudā detētionē r nihil pl⁹ acq̄rit S̄z tex. videt̄ dicere qz h̄z solā custodiā. in. l. is cui. in p̄nci. ff. vt in pos. le.

**P**ossidēs p seipm̄ retinet nō solū civilē s̄z etiāz naturalē s̄z absens sit a re possessa: dū tñ non distet ab ea decē miliaria. vt nōt gl. quā bar. approbat in. l. i. p̄nci. d. acq. pos. r l. y. in. l. l. z. e. ti. s̄z si vltra. x. miliaria distaret tūc naturalem pderet. sic debet itelligi. l. clā possidere. s. q̄ ad nūdinās. ff. e. ti.

**P**ossidēs p colonū retinet civilē r naturalem

etiā absente colono a re possessa. l. si colon⁹. ff. de acq. pos. i. tex. r glo. r p bar. r qd d̄: d̄ colono. idē i pcuratore r q̄libet alio noie alteri⁹ detinēte. nō bar. in. l. j. s. nō aut̄ alij. d̄ vi r vi ar. r videt̄ tex. i. l. iij. s. q̄ seru⁹. r. l. fina. e. ti.

**P**ossidēs p colonū vel aliū non pdit possessionē nē lz colon⁹ possessionēz pdat vt ali⁹ occupet. Idē si colon⁹ animo deserēdi creat. nō bar. in. l. peregre. s. q̄bus. ff. de acq. pos. s̄z lz ex defertione coloni dñs nō pdat civilē: pdit tñ naturalē. vt nōt bar. in. l. si. s. si forte. eo. ti. vbi aut̄ colon⁹ deijcit vel spōte tradit. dñs perdit vtrāq̄. nō bar. in. d. s. q̄b⁹. r do. ant. d̄ resti. spo. c. olim causā. x. opono qz r si traditio. p iij. colū. qd̄ intelligit̄ si vere tradit. sec⁹ si fite. nō bar. in. l. q̄uis. s. j. e. ti. r de vi r vi ar. l. j. in fi. vbi aut̄ deijcit dñs nullā perdit. s̄z dñs sponte tradit vel pro alio possidere constituit vtrāq̄ perdit. nō bar. in. l. qz in eo. in p̄nci. ff. de acq. pos. r. l. j. s. nō aut̄ alij. ff. de vi r vi ar. vbi vero nec dñs nec colon⁹ deijcit s̄z colon⁹ ligat̄ in fundo vel domo detinetur vel ab alio iussus siue imperatus metu recessit aut postq̄ alter fuerit fundum ingressus metu nō audet colon⁹ ad fundū reuerti: dñs pdit vtrāq̄. vt p̄z ex tex. r glo. r p bar. de vi r vi ar. l. j. s. nō aut̄ alij. v̄l qz ad. s. fi. Item si colon⁹ dñm deijcit vel emptorē quē dñs iussit in possessionē ire colon⁹ sciens nō admittit vt. l. colon⁹. et l. cū fundū. e. ti. vbi ē casus. dñs aut̄ possidēs p aliū nunq̄ perdit possessionē solo animo cōstituēdo in mēte se nō velle possidere. vt nōt glo. in. d. l. peregre. s. q̄b⁹. et ibi vide p tex. et nō bar. in. l. qz i eo. in p̄nci. ff. d̄ acq̄re. pos. r nō glo. in. l. iij. s. in amittēda. e. ti.

**P**ossessio dāda p executione sentētie dari debet corporaliter r actualiter. de re iudi. cū aliquib⁹. r. iij. q. ij. s. sed notandū. per qd̄ videt̄ qz nō sufficiat p̄stitutū. In contrariū facit qz sufficit p executione transferre naturalē possessionē. vt. d. s. s̄z notandū. q̄ naturalis transfer̄ per p̄stitutū ex pte p̄stuentis. r appellatur vera possessio. vt nōt bar. in. l. qd̄ in eo. i p̄nci. ff. de acqui. pos. Item p executione sufficit dare possessionē per aspectuz. vt nōt anth. in. d. c. cum aliquib⁹. ergo pari modo sufficiet dare p p̄stitutū: nisi diceret̄ qz in aspectu iter/ uenit actus naturalis visus q̄ est vn⁹ ex q̄nqz sensib⁹ corporeis. Secus i p̄stituto: quia trāsfertur possessio iuncto actu naturali r corporali cōstituentis p quē ipe constituēs p̄mo acq̄siuit sibi possessionē. vt nōt Inno. r anth. in. c. cū venissent. de resti. spo. et bar. in. d. l. quod i eo. in p̄ncipio. r vide s̄. s. possessio seu quasi omniū.

**P**ossessio seu q̄si quā q̄s pdit ex eo qz suspicat

se ab alieno in rem possessam ingresso posse repellit acquiri: ingresso etiam ignorate. et hoc operat animus et corpus ipsius ingrediens qui fuit ab initio in possessione quenda. vt no. per glo. et Bar. in l. si estis nolit. ff. de acq. pos.

**P**ossessio acquiri alteri p alter: no solu ex mandato pcedere s3 etiaz ex ratihabitione secuta. no Jo. an. de pbe. c. accedes.

**P**ossessionis due sunt species duntaxat pprie loquedo. ciuillis et naturalis: q naturalis quando appellat corporalis. no Bar. ff. de acq. pos. in pnci. et l. clam possidere. s. fi. et ant. de resti. spo. olim causaz. s. oppono q et si traditio

**P**ossessio qm dicat pacifica et qm no. vide glo. et lapum de elec. comissa. li. vi. et ant. in clem. gre. in fi. de rescrip. et p pau. ibide q dicit q pacifica possessio est qm sine cotrouersia iuris vel facti iudiciali vel extraiudiciali quis possidet Inno. dicit q illa possessio e pacifica que non turbat de facto s3 turbetur de iure. vt ipe no. de appella. pstitutus. q. in glo. ij. et idem sentit archid. et Jo. an. de pben. l3 eps. super verbo pacificam. vide decisionem in antiquis q idem sentit 2du. l. v. et vide oino Bal. l. de rei ven. l. ordinarij. s. deinde qro. vide antho. in. c. d. multa. de pben. iij. colu.

**P**ossessio officij vel dignitatis non pbat p exercitiu actus no ptenetis ad officiu vel dignitatem de iure comuni: nisi etiaz pbetur q ille actus ad dignitate vel officiu p aliquo iure spectat. vt not Jo. an. in. c. vt nrm. d. offi. archi.

**P**ossessio an pdat si seqstret penes aliu. vide lb xbo sequestru. s. sequestru possessionis

**P**ossessio qm dicat turbata vide sub xbo actor. s. actor si egit.

**P**ossessio an pdat p negligentia no euntis ad locu possessum: et quati tpiis negligentia req/rit. vide. l. de ser. fugi. l. j. in glo. magna i fi. et ibi p Bar. et pleni p eundem in. l. si de eo. s. si forte. ff. de acq. pos.

**P**ossessor bnficij quatuncq notoriu sit euz in iuste possidere no debet amoueri d possessione sine iuris ordine. no Ro. 2du. xvj. et 2cl. clv. Et vide oino qd no. pe. moze de offi. oz. li. vj. s. qro an in traditione. vbi ponit intellectum c. licz. de pben. li. vj. s. qro an in traditione. et vide lb xbo possessio. p totu. in xbo possessoriu. p totu. et s. in xbo fruct. p totu.

**P**ossessor etiā violēter existēs in qsi possessione eligēd. pferēdi. vel pntādi. si eligit pferit vel pntat: electio vel collatio et pntatio tenet: si de eius violentia vel mala fide non constet. als cassatur quod p eum factuz est. nota Ro. 2du. clviij.

**P**ossessor bone fidei cui ius comūne resistit an possit eligere conferre vel pntare. vide Ro.

2du. clviij.

**P**ossessor inuasor q tamē pacifice possidet an possit eligere conferre vel pntare. vide Ro. 2du. clviij.

**P**ossessor castri vel ville cui ratione habet ius pntadi ad eccliam potest pntare l3 an nū/ q pntauerat: qz castrum semp videt dictuz ius pntandi retinuisse et possedisse non obstante q sup castro fuerit guerra vel lis mota nisi lis fuisset mota sup ipo iure vel possessione pntadi. no Ro. 2du. cxxxvij. Idē not ant. in. c. ex lris. in fi. d. iure patro.

**P**ossessor beneficij potest compelli p suum iudicem ordinariu ostendere titulum beneficij. sed per collatorem vel institutorem beneficij cu no sit als iudex suus no potest compelli titulu ostēdere nisi in eum vt taliter beneficiatu consensit: vt qz eum ad oculum admisit. et hoc est veruz qm vitiu est tale in quo potuit collator dispesare als non pferet patientia collatoris. et collator quolibet casu auditur si vult pbare defectum tituli. Sed si collator no consensit in eum tunc potest ipm compellere vt ostendat titulu nisi eēt talis pscriptio q in collatorē trāffunde ret on? pbadi. no ant. de resti. spo. in lris. xij colu. s. si ergo querit.

**P**ossessor beneficij cui ius comūne resistit (vt qz duo incopatibilia possidet) potest compelli ad instantia aduersarij ostēdere titulu sue possessionis. qd est veru si petēs doceat aliquod de suo interesse: vt quia dicit bnficij ad se spectare. nota anth. de resti. spo. in lris. xiiij. colu. s. si qrit an ad instantia.

**P**ossessor potest illum q rem ab eo possessam ingreditur et occupat repellere ppria autoritate siue ingressus siue occupatio fiat vi siue clam. et siue possessor puetur ciuili possessione siue no vt not Bar. in. l. j. s. interdicitu. ff. vi possidetis. et l. j. l. vnde vi. et Inno. de resti. spo. olim causam. et ibi videtur casus in puata possessione rei imobilis s3m Inno. et ff. de fur. l. si quis in fuitute. in fi. vbi loquit in puata possessione rei mobilis. Glo. et Bar. expse idem tenet in puata possessione rei imobilis. in. l. cum fudu ff. de vi et vi arma. In hoc casu est differentia an possessor puetur ciuili vel no. quia si puetur debet statim cum sciuit puationez repellere et iniuria ppulsare non ex interuallo vt. d. c. olim causam. et ff. de vi et vi arma. l. iij. s. cu igitur. sed vbi no puatur potest semper repellere donec ingressus naturalis occupat: quia illam occupando semper turbat dominu in ciuili. vt not glo. in. l. clam possidens. s. qui ad nudinas. ff. de acquirē. pos. ideo dicit iniuria incotinenti ppulsari cum ingressus tenendo naturalis semp stat in actu turbadi possessione

in civili. vt nōt Bar. in. d. .s. hoc interdictuz nisi tanto tpe possessor neglexerit recuperare naturalē q̄ p̄sumit nō pdidisse ciuilez. vt nōt Bar. in. l. si d̄ eo. s. si forte. de acquirē. pos. vi de do. antho. q̄ p̄dicta declarat ⁊ limitat d̄ resti. spoli. c. olim causam. in v. opono. Adde q̄ possidēs etiā ciuilit̄ ⁊ naturalit̄ nō pōt ppria auctoritate expellere detinentē bona fi/ de l3 iniuste. vū tamē detineat iniuste a se pos sidente. vt notat Bar. in. l. s. necessario. ff. si ven. noie mulier in pos. mit. Aduerte q̄ dici potest q̄ ideo nō potest ibi detinētē ppria au toritate repellere. q̄ causaz habuit a muliere missam in possessionē auctoritate p̄toris q̄ non potuisset per heredem ppria auctoritate expel li. ⁊ ibi dictuz est quem possedisse recuperare possessionē auctoritate ppria: intellige nō solū per se sed etiā p̄ alios amicos suos. vt nōt gl. in. d. l. iij. s. cum igitur. ⁊ l. cum funduz. ⁊ est tex. in. l. sed ⁊ partus. s. querit. ff. quod mer? cau. sed Jo. an. dicit q̄ tūc licz ppria auctozita te expellere ingrediētē alienā possessionem quādo expellēs retinuit ciuilem. vt ip̄e nōt in addi. spe. in ti. de peti. ⁊ pos. s. j. in fi.

Possessor rei potest acq̄rere a vero domio eius dem rei dominiū ⁊ non a domino publicianā dūmodo nō sit contra possessorem sup eadem relis mota. quo casu lite penden. possit acq̄rere dominiū sed nō publicianā. nō antho. in c. fi. vt li. pen.

**P**ossessorium nō solum intelligitur int̄tare sed etiam petitorium qui in libello narrat se canonicē institutuz. nota glo. de fi. p̄sby. cōstitut? qd̄ intellige quādo illud non solū in narratiōe sed etiā in p̄clusiōe libel li deducit. als̄ secus. quia verba narrationis libelli declarāt ⁊ restringunt fm̄ vim p̄clusiōis. nota antho. de fo. compe. ex parte. j. v̄ nota h̄nto. ⁊ vide sub verbo p̄batio. et s̄. i ver bo fructus.

Possessoriū non soluz intelligitur int̄tare sed etiā petitoriū qui super spoliāte peti sibi iusti ciam exhiberi. nota glo. de or. cogni. cum dile ctus. in glo. hic patz. Et idē sentit glo. in. c. fi. e. ti. quod intellige quādo id fuit deductuz in narratione ⁊ p̄clusiōe libelli. Secus si cōdu sio libelli ad soluz possessoriū sit restricta: l3 in narratione etiā fuerit petitoriū expressuz. nisi post p̄clusiōnē ad possessoriū restrictū addat̄ clausula sup̄ q̄bus omnib? peto mibi iusticiā fieri: q̄ tūc virtute clausule ( vt nō sit frustra) intelligit̄ petitoriū deductuz. Fin Cal. vt nōt ant. de or. cogni. cū dilect? ad fi. iij. colūne.

Possessoriū solū nō intelligit̄ int̄tare l3 etiam petitoriū q̄ deducit ius in re. nō de resti. i ite. c. ij. in glo. vti. in fi. Idē in eo q̄ peti suū titū

lām p̄firmari vel aduerse parti p̄petuū silētū imponi. vt nō. de p̄ces. p̄bē. post electionem in glo. sup verbo p̄firmari. Idem in eo q̄ dicit rem ad se pleno iure spectare. nō Inn. d̄ elec. q̄relaz. in p̄nci. Secus forte si diceret solū spe ctare cum etiā ratione possessionis dicat̄ spe ctare. vt pater in. c. licz causam. de p̄ba. S3 si diceret rem ad se spectare vel p̄tinere de iure: tūc d̄: possessoruz et petitoriū int̄tare. nota Bal. c. si a nō cōpe. iudi. l. si de p̄prietate. v̄ q̄ro q̄d. ⁊ v̄ sequen.

Possessoriū cum petitorio int̄tatū habet hoc p̄uilegiū vt quelibz pars possit petitoriū vtri usqz partis suspēdere. qd̄ est verū in causa be neficiali. S3 in causa p̄phana si nō fuit suspē sum in causa p̄ncipali nō potest in causa appel latōnis suspēdere petitoriū nisi a se int̄tatū. nota Ro. p̄clu. cc. vide oīno ant. q̄ aliter loq̄t̄ de causa pos. pastoralis. s. si vero. in. j. opposi tione. ⁊ de resti. spol. ex q̄stione. penul. ⁊ vti. colū. Item etiā in causa b̄nificiali tūc demū p̄t q̄s suspēdere petitoriū vtriusqz: qñ agit p̄tra spoliātez vel mādātē: ⁊ b̄ in eoz odiū. Secus si agit p̄tra tertiū vt ip̄e terti? cōpareat ratiōe sui interesse. vt nōt Ro. p̄clu. cxliij. ⁊ anth. d̄ resti. spo. in l̄ris. viij. colū. v̄. opono q̄ agētī ⁊ vide p̄clu. cccxv. ⁊ i clemen. j. de cau. pos. ⁊ vide j. possessorū cum petitorio. ⁊ s. posses soriū deducēs

Possessoriū qñ int̄tat̄ simul cū petitorio nō p̄t pars aduersa petitoriū suspēdere si aū suspen sionē papa apposuit manū in b̄nificio de q̄ agit p̄uidēdo de illo actori. nō Ro. p̄clu. cccxx.

Possessorio agere volēs si suspēdit petitoriū vtriusqz ptis l3 p̄testet̄ q̄ nō int̄dit ab illa su sp̄sione recedere nisi hoc exp̄inat ⁊ tñ postea offert libellū i vtroqz videt̄ enī a dicta presta tione recedere. nō Ro. p̄clu. cxliij.

Possessoriū si simul ē cū petitorio int̄tatū et postea petitoriū suspēdit: itelligit̄ iurisdicōio iudicis suspēsa circa oīa petitoriū p̄cernentia t̄do corā eo nō valēt p̄batiōes postea recepte nō Ro. p̄clu. ccccx viij. ⁊ xij. do. ant. in. c. pa storalis. de cau. pos. xij. co. v̄. ex his decidit̄

Possessorio ⁊ petitorio simul int̄tatū ⁊ postea petitorio suspēso si ferat̄ snia in possessorio et appellet̄ ab ea ⁊ cōmittat̄: an p̄m? iudex possit in petitorio p̄cedere vel sc̄ds. vide s̄. v̄bo iu/ dex q̄ p̄nunciauerit.

Possessoriū cū petitorio ad iudiciū deductū b̄ habet p̄uilegiū q̄ petitoriū supēdi p̄t nō solū in p̄ma l3 etiā in sc̄da ⁊ tertia instantia. Et qd̄ forti? ē p̄t actor q̄ semel petitoriū suspendit et postea illud reint̄tatū iterato ⁊ sepi? suspen dere eū cui tale p̄uilegiū suspēdēdi p̄cessū est i odiū spoliātis. qd̄ intellige nisi ante secūdam

suspensione foret et sup petitorio pñciatū : qz tūc ampli' suspēdi nō pt. nō. Ro. ꝑclu. cclxv. Et qd dictū ē de suspēsiōe i scda instantia: pcedit qñ vtrūq; ē deuolutū ad curiā: sec' si alter dūtaxat deuolutū sit. vt nō. Ro. ꝑclu. cc. Possessoriu' intētās simul cū petitorio: si suspēso petitorio obtineat i pma instātia sniaz i possessorio adūsari' appellet poterit eo inuito in scda instātia ad petitoriu' redire et in eo pcedere. nō. Ro. ꝑclu. cccc.

Possessoriu' si simul cū petitorio fuit añ ferias inchoatū: an postea tpe feriarū possit petitoriu' suspēdi: vide de h' s. vbo ferie

Possessoriu' recuperāde pñcipalit' intentatū vt etiā cū petitorio (eo tñ postea suspēso) p̄t repelli p̄ exceptionē papalis reseruatiōis: q̄ ne/dū afficit titulū sed etiā possessionē. et sic p̄ dictā reseruatiōē notorie p̄stat de nō iure agētis sine alia discussione. vbi enī obiectū d̄ non iure agētis aliquā discussione req̄reret: tūc p̄tentē restitutionē nō impediret. nō. Ro. ꝑclu. xvj. et qd dictū ē de papali reseruatiōe: itelligas de speciali vel generali circa causam. Secus si generali et dubia. vt nō. eadē ꝑclu. in fi.

Possessoriu' recuperāde intētās succūbit si opponit et pbat ei' spōtanea renūciatio bñficij vel pactū de nō petēdo vel nō agēdo. vt ei' volenta possessio vel ppria p̄fessio. vel alia admissa p̄batio p̄ quā p̄stat de nō iure agētis. Et idē qñ ius cōmune ē q̄ agētē. nota Ro. ꝑclu. cclxxvj. et qd dictū ē d̄ renūciatiōe p̄cedit lz non appareat q̄ fuerit p̄ superiorē admissa. vt nō. ꝑclu. cccxliiij. Et itellige de renūciatione facta añ spoliatiōē. qz facta p̄ nō obstat et bñ obstat pactū siue iuramentū d̄ nō agendo vel restitutionē nō petēdo etiā post spoliatiōē factā. vt nō. Ro. ꝑclu. cclxxiiij. Adūte tñ q̄ nō p̄t dici p̄stare de non iure in petitorio ad possessore' excludēdū nisi postq̄ i possessorio sit ꝑclusū i causa. nisi diceret p̄stare p̄fessionē: qz tūc etiā ante ꝑclusionē p̄t p̄stare de non iure. vt nō. do. ant. de cau. pos. c. pastoralis. i pñci. in. iij. carta. v. item ex his decidit

Possessorio recuperāde agēs q̄ spoliatē. si p̄ eadem re pueniat petitorio p̄ tertiū: non illū tertiū repello p̄ exceptionē dicēdo eū nō audiendū donec ip̄e spoliat' ad possessionē fuerit restituit'. nō. Ro. ꝑclu. ccccix. et nō. ant. d̄ resti. spo. i lris. viij. colū. v. oppono q̄ agenti.

Possessorio agētis an possit opponi exceptio spoliatiōis facte p̄ tertiū vel etiā p̄ ip̄m actorē: vide s. vbo exceptio. s. exceptio spoliatiōis: et i. s. possessorio recuperāde agi p̄t.

Possessorio recuperāde agēs succūbit: si re' pbat q̄ terti' possidebat tpe q̄ actor possessioēz itrauit. nō. Ro. ꝑclu. ccccxx. et do. ant. d̄ resti.

spo. follicite. v. oppono. cū glo. Idē si reus p̄bet se tunc possedisse: qz q̄ possessioēz p̄tinuat nō spoliat. et h' ē vez etiā in petitorio si sit p̄sūptio de iure cōmuni q̄ reū. nō. Ro. ꝑclu. ccl.

Possessorio recuperāde agēs necesse h̄z p̄bare in bñficialib' titulū vel colorē tituli. qd tñ magis de stilo q̄ de iure scripto receptūz ē. nota Ro. ꝑclu. cclxxix. Et h' p̄cedit qñ possessoriū pñcipalit' intentat'. sec' si incidēter vt qñ petitor restitutio p̄ viā attēptati. q̄ casu sufficit p̄bare possessionē simplicē nō coloratam. Si tñ clare et notorie p̄staret de nō iure petētis non debet audiri etiā p̄ viā attēptati. nō. Ro. ꝑclu. xliij. et ꝑclu. cclxxv. et cōclu. clv. et idē notat do. ant. in. c. cū dilect'. de cau. pos. iij. colum. Qd ē vez in bñficialib' ne detur ad illa viciōsus ingressus. Sed i nō bñficialib' defect' p̄prietat' etiā notori' nō obstat petēti se ad possessionē restitui p̄ viā attēptati. vt nō. La. et do. Inno. c. ad decimas. d̄ resti. spo. li. vj. Et ad p̄bādū colorē tituli sufficit p̄fessio adūsarij nō. Ro. ꝑclu. ccccxiij. Itē sufficit instrumentū inductionis sue i possessionē. vt nō. Ro. ꝑclu. ccccxiij. qd itellige de inductione q̄ fit auctoritate superioris: lz collatio seu p̄uisio vel electio p̄ eū facta nō fuerit canonica. vt nō. Ro. ꝑclu. cclxxix. vide etiā ꝑclu. cclix. Qd aut dictū ē de colore p̄bādo: itellige qñ agi' iter dicto vn de vi. sec' si ex p̄ditōe ex canone reintegrāda vt nō. do. ant. de resti. spo. sepe. v. aliud ē remediū. colum. antepenl. et vide. j. s. pxi. se. et s. possessio recuperāde i bñficiali

Possessorio agēs ad aliqd i specie si nōdū ē ad epr' possessionē p̄lature vel bñficij cui' nomie agit: tenet p̄bare de titulo suo. nō tñ requirit ita arda p̄batio si de titulo pñcipaliter ageret. Idē si possessionē ē adept' lz possessio ē recēs: qz ex recētī possessioē non p̄sumit bona fides nec iust' titul'. Et idē si lōgo tpe possedit lz ē aliq̄ p̄sumptio q̄ eū: vt qz parit' litem sup bñficio alioqñ sufficit lōgā possessionē et cōmunē reputationē. nō. Ro. ꝑclu. iij. et vide. j. s. polfessorio iudicio

Possessorio recuperāde agēs p̄ p̄bēda q̄ se asserit spoliatū: nō obtinet lz p̄bet stalluz i choro et locū in caplo sibi assignatū vel ei possessio/nē traditā p̄ funes campanaz vel cornu altaris: vel q̄ mādatum sit colonis vel reddituaris vt de fructib' et redditib' p̄bende sibi respōdeant: nisi p̄betur eos paruisse et aliquid soluisse vel se in possessionē fundi vel māsi ad p̄bendaz spectantē inductū fuisse: vel nisi eēt p̄suetudo ecclie q̄ dict' p̄mis modis possessio acquirif. vel nisi esset aliq̄s certus locus p̄bendario illius p̄bende deputatus naz per illius loci installationē siue inductionem bñ acquirif



possessio fm Anno. 7 nō Ro. 7 cl. cclxv. i pñ. 7 recitat do. ant. de resti. spo. in lris. xxiiij. colum. 7. qñq; 7 tertio pncipaliter. Cōtrarium tñ tenet idē do. ant. scz q; p actū installationis acq̄rit q̄si possessio iuris plature.

**P**ossessorio recuperāde agēs ad p̄bēdā q̄ asserit se spoliatū. lz n̄ p̄bet se apprehēdisse possessionem de oibus fundis p̄bēde: sufficit q; p̄bet se apprehēdisse possessionē vni? quo ad hoc vt aduerfari? cōdemnet ad restitutionē etiā omniū bonorū. Secus si ageret vel tractaret de possessione adipiscēda. nota Ro. 7 clu. cclxix. 7. ex quibus.

**P**ossessorio recuperāde agēs ad p̄bēdā q̄ asserit se spoliatū: non habet necesse p̄bare q; fundus cui? possessionē apprehēdit tanq; de re p̄bēde spectat 7 ptineat ad ip̄am p̄bendam qz h̄ magi sapit petitorū q; possessorū. nō Ro. 7 clu. cclxix. 7. lz si ex p̄dicta

**P**ossessorio recuperāde agi p̄tra illuz q̄ auctoritate ppria sine executiōe ingredif possessionem p̄ executiōe sentētie. non tñ puat ingrediens iure suo si violentiā nō cōmisit. nō Ro. 7 clu. cccc. 7. lz pone.

**P**ossessorū recuperāde an competat creditori misso i possessionē auctoritate iudicis ex contumacia debitoris. videf q; sic p. l. fi. C. de p̄to. pig. lz illa. l. loquit qñ agitur petitorio p̄ hypothecariā. 7 ita intelligit Cy. illa. l. 7 bñ. qz cuz illa. l. sit situata in ti. de p̄to. pig. debet itelligi fm materiā subiectā q; agat iure pignoris p̄ hypothecariā. 7 ita lex fuit facta ad declarationem iuris antiqui. 7 sic p̄ pignores 7 uentionali dat̄ hypothecaria ad possessionez q̄litercūq; amissam recuperādā. ita 7 p̄ p̄torio.

**P**ossessorū recuperande dat̄ deiecto de ciuili vel naturali possessiōe nisi p̄ rebus accessorie detētis. An autē p̄ rebus pncipaliter detētis cōpetat aliquod remedium deiecto. vide do. ant. de resti. spo. in lris. ij. colū. 7. nota primo dic̄ etiā q; detētozi deiecto datur remediuz canonis reintegrāda p̄ rebus pncipaliter detētis. vt notat do. ant. de resti. spo. sepe. col. antepenul. 7. notā ergo limitationē. Qd̄ aut̄ dictuz est deiecto de naturali cōpetere possessorū recuperāde intellige cōtra tertū deiciētē non cōtra ciuilitē possidētē cōtra quez licz deiciat non cōpetit deiecto possessorū recuperāde. nota Bar. in. l. j. in p̄nci. 7. q̄ro que est possessio corporalis. ff. de acqui. pos. Ratio est quia ciuilitē possidens deiciēdo naturaliter possidētē non dicif eum spoliare lz se in sua ciuili defendere. vt notat Jo. an. in additi. specu. in titu. de peti. 7 pos. 7. j. in fi. 7 facit qd̄ nō. p̄ glo. 7 Bar. in. l. clam possidere. ff. de acqui. pos.

**P**ossessorio recuperāde agens in bñficialibus lz habet p̄bare titulū vel colorez tituli: sufficit obtentū possessorij aduerfariū cōfiteri actorē ius habē in bñficio lz talis p̄fessio nō p̄bet titulū ad finem adiudicādi bñficiū. nō do. antho. de cau. poss. c. fi. lxxxj. colū. 7. nunq̄d autem colorez. 7 ita itellige quod notat Jo. an. de eo qui mit. in pos. c. j. li. vj. in 7bo termina. ri. in nouella.

**P**ossessorū quādo intentaf p̄ actorē qui vult recedere: potest reus ip̄m actorē arrestare vt de curia non recedat donec respōderit articulis p̄ ip̄m reum p̄ductis etiam petitorū sapiētibus ne pbationū copia pereat 7 angustef nō Ro. 7 clu. cclxxvij. Et idēz tenet do. anth. de causa possel. c. pastoralis. xij. colum. 7. lz est dubiuz.

**P**ossessorio adipiscēde agēs nō audif sine titulo. nō Ro. 7 clu. xxxiiij. in fi.

**P**ossessorū recuperāde datur spoliato cōmuniōe hominū vt reintegretur ad statum persone 7 vsus. vt notat do. antho. de cau. pos. c. fina. vj. colūna.

**P**ossessorū 7 ius agēdi dat̄ p̄ reuocatione p̄sonę vsus 7 s̄uete p̄stationis. nō do. anth. de cau. pos. c. fi. vj. colū. vide Bar. q̄ huic cōtradice. re videf in. l. ij. ff. quoz bo. Sz alit̄ dicere videf in. l. ij. ff. vnde vi. ff. 7. vi ar. vide Jo. no. 7 do. anth. in. c. q̄relā. 7 elec. vbi dicit do. ant. q; agēs tali possessorio nō tenet causā annue p̄stationis specificare nec p̄bare sed sufficit dicere i genere illā p̄stationē siue vsū id est pensionē solui 7 s̄uetā. vt nō. in. d. c. q̄relaz. 7. nota sc̄do q; in h̄ libello. et 7. nota tertio q; in isto libello. Quot aut̄ vicib? debet esse 7 s̄ueta p̄stari nō declarat. lz tex. dicit q; debēt eē multe. 7 do. ant. dicit in. d. c. q̄relā. ad fi. q; agens possessorio debet ostēdere p̄sionē diuti? fuisse solutā. 7 vide s̄. verbo libellus. 7. libell? p̄cedit in q̄ peto allq; p̄dictū possessorū nō est pprie possessorū lz stat? qdā i quo de iure canonico q̄s ē reintegrādus. Et iste stat? non recens lz longo tpe 7 tinuat? releuat ab onere p̄bandi causaz. nō do. ant. in. d. c. q̄relā. 7. nota sc̄do p̄acticā. 7 7. tertio videf q; non poterit vide decisionē rote i antiq; q̄ alit̄ sentit p̄cl. ij.

**P**ossessorio recuperāde noie pprie nō possunt agere q̄ ecclias ad firmā 7 ducūt siue sint clerici siue sint laici. vt nōt do. ant. 7 cau. pos. c. fi. xij. colū. 7. ex his q̄ decidif.

**P**ossessorio recuperāde nō agit noie pprio laicus eiect? de p̄benda sibi p̄ei? sustētatiōe concessa. vt nōt ant. de cau. pos. c. fi. xij. colū. 7. ex his surgit decisio

**P**ossessorio recuperāde agit etiā p̄redo anteq; 7 s̄ket deiectū esse p̄donē. ad qd̄ detegendū nō

admittitur quis ante restitutionem. Sed si de  
cretum esset repelleretur. et idem si euidenter  
apparet possessionem iniustam. nota do. anth.  
de restitu. spoli. i litteris. v. colum. v. oppono  
secundo. et vj. colum. v. ad eius euidentiam. et  
Inno. in. c. constitutus. de si. presby. et no. Ro.  
conclu. ccc. lxx. vj. nam ad partem huius posses  
sionis sufficit possidendum etiam in iuribus inco  
poralibus possidere ut p iure suo licet non cre  
dat sciat se ius non habere. ut not. do. ant. in  
vj. colu. v. oppono quanto. in. d. c. in lris.

**P**ossessorio recuperande agi potest contra spo  
liantem etiam si ipse prius per actorem eadem  
re fuerit spoliatus. nec potest actor repellere ex  
ceptione prime spoliatiois nisi scda spoliatio  
fuerit imediate et non ex interuallo facta post  
primam. nota domi. antho. de restitu. spoli. i  
litteris. vj. colum. v. oppono tertio. vide sub  
verbo spoliatus. §. spoliatio vltima. et vide §  
§. possessorio agenti an possit.

**P**ossessorio retinende non potest predo agere  
contra illum quem spoliavit: sed contra tertium  
sic. Et idem in clamdestino vel precario posses  
sore qui non potest interdico retinende agere  
contra illum a quo clademine vel precario possidet  
§. contra tertium sic. nota do. ant. de resti. spo. i lit  
teris. vj. colu. v. oppono quanto.

**P**ossessorio recuperande agenti non potest op  
poni exceptio pprietatis id est dolo facis qui  
petis quod restituitur. es. quod est verum ex  
vera violentia secus si ex quasi violentia d q  
in. l. cum querebas. ff. de re iudi. Quando au  
tem dicta exceptio admittitur non sufficit op  
ponere excludere pprietatem ab agente nisi  
etiam ipam fundet in se excipiente et non i ter  
tio. licet autem exceptio predicta non possit op  
poni a spoliante potest tamen opponi a tertio  
quando ius tertij est separatuz a iure spolian  
tis. Secus si ita conexu sit q non possit oppo  
ni quin inferatur comodum spolianti. ideo §  
mulierem possessorio repetete viru non pt ter  
tia mulier opponere de pprietate matrimonij  
cum marito etiam si in cotinenti offert se pba  
tura qz p hoc iuuaret maritu spoliante. no. do.  
ant. de resti. spo. in lris. vj. colu. v. oppono q  
ageti. et v. sequenti

**P**ossessorio adipiscende ageti potest opponi ex  
ceptio pprietatis id est dolo facis et c. si statim  
offeratur pbatio. nota do. anth. de resti. spo.  
in litteris. vj. colum. v. oppono q agenti pos  
sessorio obstat. secus si pbatio non offerat sta  
tim. et hoc verum in temporalibus vel alijs a  
beneficialibus. vt nota. xv. colum. v. oppono  
q agenti.

**P**ossessorio retinende agenti non potest oppo  
ni exceptio pprietatis. id est dolo facis et c. qz

non adaptatur cum agēs retinēde nihil petat  
quod restituitur? sit nisi forte ageret p turba  
tione civilis ex retentiōe naturalis. quo casu  
quia non potest deficere molestatio nisi natu  
ralis restituat. et sic aliquid petit subiacens re  
stitutioni obstatat exceptio dolo facis. dūmo  
do opponens incōtinenti offert se pbaturum.  
Et aduerte quia non sufficit opponētem exclu  
dere pprietatem ab agente nisi eam includat i  
se excipiente ita q non in tertio. habet ergo lo  
cum dicta exceptio dolo facis quādo quis est  
restituus excipienti non tertio. nota do. ant.  
de restitu. spo. i litteris. vj. colum. v. oppono  
q agenti. Et quod dictum est agenti retinēde  
non posse opponi de pprietate: limita nisi vter  
q litigantium se possidere contendat: quia tūc  
pfcit oblatio et pbatio dominij vtroq equa  
liter possessionē pbante. vt nota. xv. colu. v.  
oppono q agenti.

**P**ossessorio recuperande in beneficiāli ageti in  
cumbit onus iustificandi titulu fm stiluz curie  
sed satis iustificat si ostendit patientia illi? vt  
illoz ad quez vel ad quos spectat illud ius be  
neficiāle trāsferre nō apparēte aliter de illegiti  
mo ingressu vel d titulo defuncti. qz eo q pati  
untur ē psumptio q eozū autoritate fuit ingres  
sus saltez q ad finē iustificandi possessionē p fa  
cultate agēdi possessorio in odiū violēti. et sic  
saluat stilus curie et dictum Jo. an. de reputa  
tione intelligēdo de reputatiōe illoz ad quos  
spectat. §. de ingressu pstat in quo nulla supe  
rioris autoritas intercessit. et pstat etiā de titulo  
de facto: dato q def scientia ei? a quo pen  
det trāsferre et psequenter ex eius patientia da  
tur qsi possessio: illa ē qsi euidenter iniusta et nō  
parit effectum possessorij. Idem si notorie non  
pstat de tituli defectu: patet tamen ingressus  
autoritate ppria nec aliter pstat de titulo licet  
appareat de scientia illoz ad quos spectat. qz §  
possessionē habeat intrusus est. Sed si constat  
de iusto et canonico titulo. tunc §. ppria auto  
ritate ingrediat: non ē intrusus §. iustus pos  
sessor. Si aut vltra possessorij iudiciū actor i  
tēdit finem restitutionis irreuocabilis vel intē  
dit vt sibi possessio cōfirmetur: tūc oportet q  
de titulo plene doceat. nota do. anth. de cau.  
pos. c. fi. xxxij. colum. v. si autem vltra. Alibi  
dicit q ad partem possessorij nō sufficit agen  
tem pbare se non ingressum patiente superiore  
nisi aliquem actū expressuz superior fecerit p  
quem approbasset: vt admittēdo eū ad osculū  
vel nisi antiquissima sit possessio: quia ex hoc  
solo colorat: aks intrusus dicit. et tenetur actor  
colorare possessionem nedū ex officio iudicis  
sed etiam ad instantiā partis nisi agat p viam  
attemptati. quo casu nullum colorem pbare

tenetur. Si tamē hoc casu clare liqueret d̄ nō iure petentis: non debet ei possessio restitui l3 iudex ex officio ppter cōtemptum possit in penam attemptātis ab eo possessione annotare vt de illa per habentem ptātem pvideat tertio. vt nota. de resti. spo. in lris. xj. colū. x. ad hui⁹ euidentiā.

**P**ossessorio retinende agens in beneficiāli p̄o p̄turbatione necesse habet titulū suū iustificare sicut quādo agit recuperāde put̄ prime dicitū est. nota do. ant. de cau. pos. c. si. xxxiij. colū. x. si aut̄ vltra. 7 de resti. spo. in lris. xj. colū. x. ad hui⁹ euidentiā.

**P**ossessorio recuperāde agens repellit si opponitur exceptio pprietatis notoria notozietate iuris vt in. c. ad decimas. de resti. spo. li. vj quod singulariter limita nisi possessio actoris esset iustificata ex longa patientia aduersarij: quia talis possessio longa est apta ad partum possessorij contra notozium. vt notat do. anth. de causa pos. cum ecclesia. xix. colum. x. oppono q̄ hec restitutio. hanc tamē limitationē nō probat ille tex. nec ibi dicitur q̄ possessio longa fuit sed potius breuis ibi ppter temporis breuitatem tē. dictam tamē limitationē intelligit do. anth. quādo agit possessorio in his q̄ sūt modici p̄iudicij. vt ipse notat in. d. c. cū ecclesia. penulti. 7 vlti. colū.

**P**ossessorio recuperāde agēti obstat exceptio pprietatis 7 cludēs ad petitorij 7 possessorij simul. vel saltem ad solam possessionē. Idē si 7 cludit in habilitatē p̄sone ad agendū vel defectum capacitatē p̄sone respectu possessoris. **Sec⁹** si opponit̄ 7 cludit ad solum petitorij **F**allit in casu. c. litteris. de resti. spo. vbi exceptio p̄sanguinitatis in gradu p̄hibito obstat agēti possessorio in matrimoniali duobus cōcurrētib⁹: q̄ iure de malicia: 7 p̄bationes incōtinenti offerātur parate. 7 tūc admittitur exceptio: nō vt ex toto impediatur restitutione 7 quo ad copulam tm̄. **I**tem fallit quādo opponit̄ exceptio pprietatis notoria notozietate iuris vel notozietate cōfessionis aut p̄bationis: etiā si exigat informatio de notozio. dū tamē opponens offerat incōtinenti facere constare de notozio. nisi aliquid alleget p̄ qd notozietas offuscat. 7 hoc indistincte p̄cedit qm̄ exceptio pprietatis notoria fundat intentum excipiētis in pprietate. vbi aut̄ intentū excipiētis nō fundat: s̄ solū intentū agentis excludit: tūc agentis possessorio i beneficiālib⁹ obstat. in nō beneficiālib⁹ secus ē. **E**t qd dictum ē notozium p̄bationis obstat: intellige qm̄ est in causa cōclusum ita q̄ amplius opponi nō p̄t. vel l3 non sit cōclusum: tamē cōtra p̄bationes factas nihil ē oppositū. **E**xceptio aut̄ pprietatis

notoria notozietate p̄sūptiois ad solū petitorij 7 cludēs: nūq̄ obstat agēti possessorio. nō do anth. d̄ resti. spo. i lris. xv. co. x. oppono q̄ agēti. **E**t qd dictū ē d̄ exceptioe notoria p̄cedit etiā si agat ad possessionē p̄ viā attēptati. **E**xceptio aut̄ māifesti nō opat̄ id qd nō opat̄ notoria. vt nōt do. ant. d̄ coha. cle. 7 mu. v̄ra. l3 co. x. circa media. vide s̄. s̄. possessorio recuperāde i causa m̄rimoniali. cū trib⁹. s̄. sequē.

nonica p̄scribit si habet bonā fidē ⁊ vult a sei choare p̄scriptionez vt ipe no. in regula pos sessor. li. vj. **Sed** do. anth. dicit. q̄ etiā de eq̄ tate canonica nō p̄t. in p̄scriptione. x. vj. xx. annozū sic. ⁊ ita dicit **By.** intelligendū in. c. si diligenti. de p̄scrip. ⁊ vide qd̄ no. p̄ eum in c. cura. d̄ iure pa. **Ide** no. bal. in. l. nihil. l. p̄ herede. **Opinio** do. antho. nō videt̄ vera qz iura que allegat q̄ heres tenet̄ exonerare cō scientiam defuncti. loquunt̄ in herede q̄ non p̄scribit. **Secus** si p̄scriptionē cum bona si de compleuit. quia tunc rem p̄scriptā etiā de iure canonico retinere p̄t nec eā tenet̄ resti tuere ex supueniente scientia rei aliene. sicut nec alius qui p̄scripsisset tenere. vt no. in. c. si. de p̄scrip. p̄ do. antho. als̄ frustra eēt p̄ scripciones inducte. **Item** antho. loquit̄ i fo ro conscientie. secus in foro iudiciali. ⁊ ultra rōnē quā do. antho. ponit cōuincit̄ **By.** alia rōne. quia illa equitas canonica de qua **By.** loquit̄ nō repit̄ specialiter scripta in iure i p̄ sona heredis succedētis ei qui habuit malaz fidē. **Standū** ē ergo rigori iuris ciuilibis sc̄pto ⁊ equitas canonica intelligit̄ in possidēte bo na fide qui nō successit̄ habentī malā. **Jo. an.** voluit ius ciuile ⁊ canonicū cōcordare distin guendo in p̄scriptionē in qua sufficit bona fides. ⁊ illam in qua requirit̄ titulus. vt pri mo casu p̄cedat ius canonicū. sc̄do ius ciuile ita no. p̄ euz in regula. cū quis. in glo. ⁊ super ea in nouella. **Sed** distinctio illa tolli videt̄ ex rōne p̄ime dicta.

**P̄scriptio** de iure canonico procedit ex sola bona fide sine titulo etiam in rebus corpora libus. no. io. an. in. c. j. de p̄scrip. li. vj. in glo. magna qd̄ saluari potest in p̄scriptione. xl. annozū de qua loquit̄ illud. c. j. quia loquit̄ tur de rebus ecclesie que minozū tpe nō p̄scri bunt̄. licz inno. in. c. si diligenti. e. ti. dicat q̄ etiā in quadragenaria p̄scriptiōe requirit̄ ti tulus cū succedit loco p̄scriptionis. x. vel. xx. annozū. **Sed** inno. nō vidit̄ tex. d. c. j. vbi ho die declarat̄ q̄ in p̄scriptione. xl. annozū nō requirit̄ regulariter titulū. nisi qm̄ ius cō mune vel p̄sumptio est cōtra p̄scribentem et p̄ aduersario. vt. d. c. j. ⁊ ita dicit̄ io. an. in re gula possessor. li. vj. **Sed** in p̄scriptiōe. x. vel. xx. annozū que p̄cedit in reb⁹ p̄uatorū. req̄ ritur titul⁹ etiā de iure canonico. no. anth. de p̄scrip. si diligenti. **Et** idem voluit̄ io. an. in. c. illd̄. de p̄scrip. sup. iij. glo. ⁊ in rella. q̄ ad agē dum. in mercurialib⁹. vbi dicit̄ q̄ eccl̄a p̄scri bit spatio. x. annozū rem p̄uati sicut p̄uar⁹ p̄ scriberet. sed p̄uar⁹ nō p̄scribit sine titulo q̄ nec eccl̄a. p̄ h̄ facit qz etiā de iure canonico antiq̄ requirebat̄ titul⁹ in p̄scriptiōe. vt dic̄

tex. in. d. c. si diligenti. ⁊ ius nouū in. d. c. j. li. vj. nō corrigi ius antiquū nisi in p̄scriptiōe. xl. annozū de qua loquit̄. ergo in alijs p̄scri ptiōib⁹ minozis t̄pis remanet ius antiquū ⁊ icorrectū. ⁊ vide. j. s. p̄scribi nō p̄t exceptiō **P̄scribit** ille q̄ errat in iure. qm̄ p̄scriptio p̄ cedit ex bona fide. no. do. anth. de censi. pue nit. vlti. colū. vide plenius. j. s. p̄scribere volenti.

**P̄scribi** an p̄t ius exigēdi vectigal siue pe dagia ⁊ gabellas ⁊ alia p̄ncipi refuata. vid̄ s̄. x̄bo cōsuetudo. s. consuetudo exigendi. ⁊ vide infra p̄scribi an possit ius exigendi pe dagium.

**P̄scribi** nō possunt aliquo tempe illa q̄ sunt debita ab inferiori. in signū vniuersalis s̄bie ctionis. sicut est quod quis prestet obediētā vel q̄ visitet̄. no. do. anth. de censi. peruenit car. vlti. x. venio ad tertium.

**P̄scriptio** p̄t inchoari ab impetratiōe pri uilegiū vt ex illo titulo p̄uilegiū cū bona fide currat p̄scriptio. sed cursus inchoate p̄scri ptionis impedit̄ p̄ p̄uilegiū impetratū sim pliciter cū impetrādo simpliciter videat̄ fate ri se nō credere. rem ad se p̄tinere. no. io. an. de p̄scrip. c. veniēs. in glo. si. **Adūte** tñ q̄ vbi ex tenore p̄uilegiū apparet nō esse p̄cessum im petranti id qd̄ vult p̄scribere. nō p̄t ab ipe tratione ipsius p̄uilegiū p̄scriptio inchoari p̄ pter malā fidem quia cū p̄scribēs nitat̄ ex ti tulo p̄uilegiū tenore illius inspecto sp̄ ē i ma la fide. vt no. io. mo. in. c. cū p̄sone. de p̄uile. li. vj. ⁊ hoc etiā tenet̄ ibi io. an. in nouella. h̄ ē verū qm̄ x̄ba p̄uilegiū sunt clara. vbi aut̄ sunt dubia vel equoca p̄t̄ itellec⁹ x̄borū ad vnā ptem p̄scribi ⁊ interpretari. no. do. anth. de p̄ scrip. c. si diligenti. in fi.

**P̄scriptio** interruptit̄ ex vni co actu contra rio. nec req̄rit̄ multiplicata iterruptio. vt no. inno. ⁊ io. an. ⁊ do. anth. in. c. audit. d̄ p̄scri. **Interruptio** tñ quo ad vnū articulū nō ope rat̄ q̄ ad alios articulos. vt ibi no. io. an. in vl tima colum.

**P̄scribi** an possit q̄ bñficia manualia conse ranē vt p̄petua. vide sub x̄bo religiosus. s. religiosus nō p̄t cōsentire.

**P̄scriptiōis** interruptio q̄ fit p̄ litē cōtesta. maiorē parit effectū de iure canonico q̄ ciui li. quia de iure ciuili p̄petuat actionē dumta xat. ad. xxx. annos. s̄ de iure canonico in per petuū qz litis p̄tes. facit malā fidē q̄ p̄petuo i pedit p̄scriptionē. no. do. anth. de p̄scrip. c. illud. q. iij. in fi.

**P̄scriptio** interruptit̄ ex supueniēte mala fi de de iure canonico cui standū est in materia pcti. **Et** d̄ supuenire mala fides qm̄ credit se

nō iuste tenere. **I**dem si dubitat licet de h̄ qñq̄ dubitat inno. 7 bar. **S**icut. vt no. do. anth. de prescriptionibus. illud. ij. columna in fine  
**P**rescriptio contra actionē civilem 7 perpetuā si est odiosa currit ex sola negligentia. vt p̄scri. xxx. annozū. interrūp̄it p̄ solā citationē. 7 idez in om̄i p̄scriptiōe in q̄ nō exiḡit titul⁹. **A**duerte tñ q̄ tunc demū p̄ citationē interrūp̄it p̄scriptio qñ actor cōparuit in termino citationis vel citatio circūducit 7 cōsequēter nō interrūp̄it. vt no. guil. de p̄scrip. xxx. annozū. l. sicur. 7 bal. in. l. post edictū. §. ff. de iudi.

**P**rescriptio autē mere fauorabilis. s. triennij i reb⁹ mobilib⁹ nō interrūp̄it etiā p̄ litis cōtestationē. nisi in effectu. **E**t h̄ verū nisi infueniat talis act⁹ q̄ aliter cōcludat malā fidē. vel ducat tenentē in dubitationē. vel libelli oblatio facta p̄ncipi. **P**rescriptio autē mixta. s. x. vel. xx. annozū nō interrūp̄it p̄ citationē solam sed p̄ litis cōtesta. vel per libelluz p̄ncipi oblatū. **P**rescriptio vero 3 p̄ales actiōes nō interrūp̄it nisi per litis p̄tes. vel per libellum p̄ncipi oblatū. **P**rescriptio 7o 3 actionē criminalē interrūp̄it sola libelli oblatiōe iudici facta. no. do. anth. de p̄scrip. illud. v. civilis autē. bar. alif dicit circa h̄ vltimū de criminali in. l. j. **C.** qñ. li. p̄n. da. **E**t aduerte q̄ p̄scriptio. xxx. annozū 7 multomin⁹. x. vel. xx. annozū nō interrūp̄it ex solo libello p̄ncipi oblatō. vt p̄t̄ ex tex. 7 glo. in. l. sic. **C.** de p̄scri. xxx. annozū.

**P**rescriptio interrūp̄it ex synodali p̄clamatione. de p̄scrip. sc̄toz. 7 ibi no. do. antho. et idē no. in. c. illud. e. ti. **I**tem interrūp̄it per debiti agnitionē vel per solutionē partis debiti vel vsurarū 7 per dationē fideiussozū interrūp̄it etiā naturaliter ex perditōe possessionis rei q̄ p̄scribit. vt no. d. an. in. d. c. illud  
**P**rescriptio statutaria interrūp̄it per solaz citationem que currit ex mera negligentia. vt no. do. anth. de p̄scrip. illud penl. colū. 7 idē no. bar. ff. p̄emp. l. ij. §. finali.

**P**rescriptio iurium incorporaliū q̄lib̄ interrūpatur. vide do. anth. de p̄scrip. c. illud. penl. colū. v. ex his decidit.

**P**rescriptionis interruptio si sit naturalit̄ p̄dest om̄ib⁹. sed civilis interruptio non p̄dest nisi interrūpenti. no. do. anth. de p̄scrip. c. illud. vlti. colū. **I**nterruptio autē facta p̄ vnuz ex reis credēdi p̄dest oib⁹. 7 facta 3 vnuz ex reis debēdi nocet oib⁹. vt. l. fi. **C.** de duob⁹ reis. vide. §. §. p̄scriptio an interrūpaf.

**P**rescriptio sicut interrūp̄it ex supueniēte mala fide 7 scientia rei aliene. ita etiā infrūp̄it si supueniat firma dubitatio an sit res sua vel aliena. **I**dem si aliqd̄ ei ostēdit vel p̄bat ex q̄

verisimiliter debuit vel potuit dubitare licz sp̄e dicat se nō dubitasse. vbi at̄ dubitatio eēt in p̄ncipio p̄scriptionis. tūc p̄scriptio impediretur. no. do. ant. de p̄scrip. c. si. penl. 7 vlti. co.  
**P**rescribi licet nō possit res furtiua vel vi possessa etiā p̄ tertiuū q̄ nō cōmisit furtū vel violētiam. insti. de vsuca. §. furtiue. 7 §. q̄ autem. ptus tñ 7 fructus rei mobilis vel imobilis furtiue vel violētē possesse p̄nt vsucapi p̄ tertiuū bone fidei possessorē. ff. p̄ socio. l. penl. in p̄n. 7 ibi no. bar. **I**tem 7 ipsa res furtiua v̄l vi possessa licet nō p̄scribat longo tpe. p̄scribit tñ longissimo. xxx. annozū etiā p̄ furē vel violētum. no. bar. ff. de vsuca. l. sequit̄. §. fundum  
**S**ext. dicit **S**riū in. l. emptozū. §. h̄ 7 h̄ sup illis. **C.** de p̄scrip. xxx. annozū. **S**icut dicit̄ bar. possit saluari in p̄scriptione que heret 3 aliū q̄ spoliatū. **S**icut q̄d sit de iure ciuili. nō p̄t violēt 3 aliq̄ de iure canonico p̄scribere p̄pter malā fidē vt in regula possessor. li. vj.  
**P**rescriptio 3 ciuitatē vel rem publicam in rebus incorporatis in p̄rimoniū fisci p̄fici spatō xl. ānozū. vt. **C.** de p̄scrip. xxx. annozū. l. oēs  
**F**allit in reb⁹ acquisitis ciuitati p̄ hereditatē vel legatū vel donationē vel emptionē in q̄bus requir̄ spatū centū annozū. **C.** de sacrosanc. ec. l. fi. **I**n reb⁹ autē incorporandis. dic̄ aut sunt delata in fiscū p̄p̄ vectigal nō solum 7 sufficit q̄nquēniū. l. ij. **C.** de vecti. 7 cōmis. **A**ut sunt delata p̄pter aliā cām. 7 tūc si sunt nūciata fisco. sufficit quadrienniū. l. inē q̄tuor. **C.** de diuer. 7 temp. p̄scrip. **S**i nō sunt nūciata. tūc aut possident cū titulo. 7 sufficient x. anni inē p̄ntes. 7 xx. inē absentes. l. quis. e. ti. **A**ut possident sine titulo. tunc requir̄tur. xx. l. in om̄ib⁹. e. ti. 7 p̄dicta oia. no. bar. i dicta. l. in om̄ib⁹. e. ti. 7 p̄dicta oia. no. bar. i villarū p̄scribit sicut 7 in reb⁹ aliozū puatoz vt no. p̄ glo. 7 bar. in. l. si finita. §. si de vecti/galibus. ff. de dam. infec. **S**icut bar. postea dixit **S**riū in. l. fi. **C.** de sacrosanc. ec. 7 h̄ tenet ibi bal. **E**t p̄ hoc facit qd̄ no. do. anth. in. c. si nali. de iudi. vlti. colū. dic̄ etiā bar. in. d. l. fi. q̄ licet in casib⁹ eiusdē legis nō p̄scribat p̄relinquētē donantē v̄l vendentē siue etiā heredem vniūsalē minori spatio centū annozū. tñ p̄ aliū singularē successorē p̄scribit saltem spatio. xl. annozū p̄. d. l. oēs. vel etiā spatio. x. vel. xx. annozū. p̄. l. fi. **C.** de p̄scrip. lon. tēpo. fm̄ guil. qd̄ dicit eē notabile. **C**ōtrariū tenet bar. in. d. l. fi. **C.** de sacrosanc. ecclē. dicens in casib⁹ illi⁹. **L**idem esse in singulari successore qd̄ in vniūfali. **S**ed aduerte ad id qd̄ dixi nō p̄scribi minori spatio. xl. annozū 3 res fisco siue rei publice incorporatas. **A**ho **S**riū tenet dicēs sufficere spatū. xx. annozū p̄ dicta. l. in

omnibus. **N**ec ob. d. l. omnes quia illa nō dicit  
 q. xl. anni requirant sicut dicit q. vltra non  
 durat. et ita etiam intelligit glo. in. d. l. fi. **C.**  
 de sacrosanc. ec. alioqñ si dicta l. intelligeret  
 q. in p̄scribēdo cōtra rem publicā req̄reretur  
 spatū. xl. annorū. sic etiā oportet eandē. l. in-  
 telligi. de p̄scriptione cōtra priuatū qd nō p̄-  
 ficeret minori spatio. xl. annorū. quia illa. l.  
 pariter loquit de p̄scrip. cōtra ius priuatū  
 et p̄tra ius publicū. et ita cōcludit a30 fons le-  
 gum in summa. de p̄scrip. xxx. annorū. ad fi.  
**A**rchi. distinguit iter res fisco quefitas et res  
 delatas acquirendas. xvj. q. iij. §. i. iubeat.

**P**rescribi nō pōt exemptio nō soluendi deci-  
 mas nisi cum titulo. de deci. dudū. nec etiam  
 ius p̄cipiendi decimas nisi cū titulo. vt no. e.  
 ti. c. penl. p. glo. **Q**d intellige nisi esset p̄scri-  
 ptio tanti tempis cui? p̄trarij memoria nō ex-  
 istit. p. c. j. de p̄scrip. li. vj. vid. omnino. §. §. p̄-  
 scriptio de iure canonico. et. §. in. §. decima.  
 §. decimas et ius decimādi.

**P**rescriptione an querat dominiū et quale. vi  
 de. §. §. dominiū directū. et p. do. anth. de p̄-  
 scrip. si diligētī. §. o. p̄pono q. p̄cidit. §. p. vnā  
 colum.

**P**rescriptio an extendat de vna re vel perso-  
 na ad aliam. vel de vno iure ad aliud. vid. in-  
 no. io. an. et do. anth. in. c. fi. de offi. or. et d. ca.  
 mo. cū dilectus.

**P**rescribere nō pōt p̄lat? Fuilia grauamina q̄  
 exigit a subditis qz p̄sumit poti? ex timore q̄  
 debito p̄stitisse. no. io. an. in. c. j. de p̄scrip.  
 li. vj. in nouel.

**P**rescriptio an cōcurrat circa idem cū priuile-  
 gio et p̄suetudine. vide sub. §. priuilegiuz. §.  
 puilegiū et p̄scriptio.

**P**rescriptione tanti t̄pis cui? inijt non sit me-  
 moria. nō acquirif ius mere p̄sonale siue ob-  
 ligatio mere p̄sonalis ad annuā p̄stationez  
 fiendā. sed bñ acquirif ex vsu et cōsuetudine  
 p̄stationis eiusdē tempis. **A**duertat q̄ libellās  
 vt nō deducat t̄ps vel p̄stationē tanq̄ imedi-  
 atam causam. p̄ductiuā obligationis. s3 tan-  
 q̄ p̄ductiuā cuiusdā vsus et cōsuetudinis ex  
 qua consuetudine ius et obligatio p̄dicta cre-  
 atur. et cōcludat illud ius cōsuetudine debi-  
 tum. als succūbit. **E**t dicta cōsuetudo tāti tē-  
 poris ē illa que dicif h̄re vim cōstituti priui-  
 legij. **E**t hec sunt vera ius ius cōe resistat si-  
 ue non. et si sint dumtaxat concessiua priuile-  
 giorū siue nō. **P**redicta intellige qñ volens  
 acquirere est capax illius iuris. als si icapax  
 foret absq̄ dispensatiōe aplice sedis nihil ac-  
 quireret ex cōsuetudine et vsu p̄dictis. **C**on-  
 suetudo aut et vsus p̄stationis minoris t̄pis  
 inq̄tum agit ex tali consuetudine p̄duci na-

turalem et ciuilem obligationē nihil p̄ducit.  
 quia tempus non est modus inducēdi talem  
 obligationem. vbi aut agit induci sola natu-  
 ralis iam orta ciuili. tunc ex vnica p̄statiōe  
 naturalis inducif quia ex solo p̄sensu oritur.  
 vbi aut agit induci sola ciuilis iam orta natu-  
 rali. tunc si ciuilis deficit fauore p̄stati vni-  
 ca p̄statione ciuilis inducif. **S**i autem defi-  
 cit p̄pter iuris nō assistentiam nō tamē fun-  
 datam sub fauore p̄stantis. tunc regularit̄  
 ex p̄statione nō inducif ciuilis. vt. l. si cer-  
 tis annis. fallit in legato alimētorū vbi ex p̄-  
 statione triennali ciuilis inducitur. **I**dem in  
 legato ad pias causas. no. do. antho. de cen-  
 si. puenit. v. vj. et vij. colū.

**P**rescriptio iuris incorporealis mere realis si-  
 cut est seruitus que debetur a re rei si habet  
 causam continuam perficitur. x. vel. xx. an-  
 nis de iure ciuili. **S**ed de iure canonico exi-  
 guntur. xl. anni. **S**i autem habet causam dis-  
 continuam. exigitur tantū tempus cuius ini-  
 tij non sit memoria licet in hoc **B**ar. contra.  
**E**t illa dicitur habere causam continuam in  
 cuius vsu non requiritur factum hominis.  
**A**lla dicitur habere discōtinuam in cui? vsu  
 factum hominis requiritur. vt est seruit? iti-  
 neris. ideoqz seruitus aque ducende potest  
 habere causam continuam et discōtinuam.  
**C**ontinuam si ex se currat. et discōtinuam. si  
 in trahenda aqua exigitur factum hominis.  
 no. do. antho. de cen. c. peruenit. xj. et xiiij.  
 columnis. **E**t aduerte qz p̄scriptio seruitu-  
 tis habentis causam continuam procedit ex  
 naturali et ciuili q̄si possessione. **P**rescriptio  
 autem habentis discōtinuam causam. p̄ce-  
 dit ex sola ciuili fm **B**y. et **B**ar. **S**3 fm do.  
**A**ntho. non procedit ex aliqua quasi possessi-  
 one cum nulla sit continua. et p̄scriptio re-  
 quirat continuam possessionez vel quasi. ideo  
 in tali seruitute discōtinua non datur vtile  
 interdictum vti possidetis. sicut datur in ser-  
 uitutibus continuam causam habentibus.  
 sed dantur specialia interdicta fundata sup  
 solo vsu per que defenditur quis in statu et  
 vsu suo in quo est. et ille vsus causat consue-  
 tudinem quandam et ex consuetudine queri-  
 tur ius. itaqz proprie loquendo talis seruitus  
 dicitur quesita ex cōsuetudine p̄scripta nō  
 ex p̄scriptione simpliciter. no. do. **A**ntho.  
 in. d. c. peruenit. tertia carta. verbo nunc vi-  
 dendum. **A**d cōsuetudinē em inducēdaz nō  
 requiritur continua possessio sed sufficit qui-  
 dam vsus etiam interpellatus vt ibi no. licz  
 aut fuit? hñs cām discōtinuam non p̄scriba-  
 tur nisi tanto tempore cui? inijt memoria ho-  
 minum nō existit. et. tamen ad p̄sumendum

titulū sufficit possessio siue vsus lōgi tps. vt sentit do. anth. in. d. c. puenit. xj. carta. 7. ve nio ad scdm pncipale. **N**ec de hoc mireris qz tpe vult qz mai<sup>9</sup> tps reqrat ad p̄scribēdū qz ad p̄sumendū. vt ipse no. x. carta. 7. circa tēpus dubiū facit.

**P**rescriptio iuri icorpal mere real<sup>9</sup> v3 fuituti debite a re rei nō reqrit titulū de iure canoni co nec ciuili. **I**n alijs aut iuris<sup>9</sup> a fuitutibus de iure canonico nō requirit titul<sup>9</sup> vbi p̄scribenti nō obuiat ius cōe. si obuiat. requirit ti tulus vel possessio tāti tps cui<sup>9</sup> inittij memo ria nō existit que loco tituli habet. no. do. an tho. de cens. puenit. viij. colū. 7. circa scdm. **E**t qd dicit titulū requiri vbi p̄scribenti ob uat ius cōe. intellige qñ obuiat et p̄sumit p aduersario. **S**ecus si obuiaret p̄scribenti. nō tñ fundaret intentū aduersarij p̄sumēdo pro eo. qz tunc p̄scribens nō h3 necesse pbare ti tulum. vt no. do. antho. de p̄scrip. c. j. li. vj. i glo. magna ad finē. **R**eqrit tñ bonā fidē si p̄ficif spatio. x. vel. xx. annorū. **S**3 si p̄ficif ma iorū tpe. nō requirit bona fides de iure ciuili secus de iure canonico. vt no. xiiij. colum. 7. circa quartū. **I**tem requirit scientia 7 patiētia dñi 3 quē volo seruitutē acq̄rere 7 creare. v3 si volo acq̄rere seruitutē alteri iā creatā req̄ rere scientia 7 patiētia illi<sup>9</sup> cui<sup>9</sup> est seruitus vel si volo acq̄rere seruitutē iā mibi de fa cto creatā p bone fidei possessorē quem puto dñm. sufficit sciētia illi<sup>9</sup> dñi putatiui. nec req̄ ritur sciētia veri dñi. omi tñ casu req̄rit qz p̄ scribens qui illa seruitute v3 credat vt pro iure suo vti. 7 sic nō vi clam v3 p̄cario sed co gitatione dñi illa iura possideat. vt no. in. d. c. puenit. xj. colū. **E**t dicta bona fides nō pre sumit sed eā aliter pbare oportet nisi posses sor sit tanti tps cui<sup>9</sup> inittij memoria nō existit vel nisi saltē longo tpe. etiā si possessio sit cō tra ius possidētis. quib<sup>9</sup> casibus d iure cano nico bona fides presumit si alleget. **E**t qd sit longuz tps. relinquit arbitrio iudicis. pbaf tñ dicta bona fides per iuramentū ptis quia in credulitate 7 conscientia cōsistit. **I**tem p batur p famā si fama erat seruitutem deberi. vel si autoz suus vel alius fidedignus dixit esse seruitutē debitā. vel si erāt ibi aliq̄ ve stigia itineris vel vie v3 aliqua alia verisimi lia ex quib<sup>9</sup> potuit moueri ad credendū serui tatem domitam. vt no. in. d. c. puenit. quar ta carta. 7. circa quartū.

**P**rescriptio eoz que in priuilegio dumtaxat cōcessibilia sunt n̄ p̄ficif nisi spatio tanti tem poris cui<sup>9</sup> inittij memoria non existat. no. do. antho. de cens. puenit. xj. colū. 7. in. vj. carta iij. colū. qñimo nec ex tanto tpe p̄ficif vt pre

scriptio tñ s3 vt p̄suetudo p̄scripta sic. no. in d. c. puenit. iij. carta. in. ij. colū.

**P**rescribi nō dicit ius eligendi q̄tocūqz tem pore quis elegerit quia hab3 discōtinuā cau sam. sed pprie loquendo potius dicitur acq̄ ri ex quodam vsu 7 longa consuetudine pre scripta in qua sufficit vsus interpellatus. **I**n p̄scriptione aut requiritur possessio vel qua si continua fm hosti. vt no. do. anth. de cēsi. puenit. xij. colū. de hoc vide pleni<sup>9</sup> in. 5. pre scribi an possit ius eligendi.

**P**rescriptio iuris incorporalis mixti qd debe tur a re persone sicut est seruitus vsus 7 vsu fructus perficitur spatio. x. vel. xx. annorum de iure ciuili. de iure canonico exigitur qua draginta. 7 est pprie prescriptio non consue tudo. quia cum tale ius debeat persone. acq̄ rit persona naturalem 7 ciuilem possessionez 7 licet habeat causam discōtinuā. tñ possessi onem ciuilem quaz vsufructuarius quesuit solo animo p̄tinuat. 7 ex illa p̄cedit p̄scriptio **I**n hac prescriptioe exigif scientia 7 patiē tia eius cōtra quē p̄scribitur quod est veruz in vsu vel in vsufructu in formādo sed in for mato p illuz qui putatur domin<sup>9</sup>. sufficit pa tientia 7 scientia illius domini putatiui. **I**tem exigitur bona fides in p̄scriptione. x. del. xx. annorum. **S**ed in prescriptioe. xxx. vel. xl. annorum de iure ciuili non requirit bona fi des. de iure canonico sic. que bona fides pre sumitur etiam ex antiquitate possessionis tā ti temporis cuius inittij memoria non existat 7 etiam ex possessione. xl. annorū vbi ius cō mune non resistit. sed supra in .5. prescriptio iuris incorporalis mere realis videlicet ser uitudis dixit idem esse. etiam vbi ius resistit **I**tem exigitur titulus in prescribenda serui tute vsufructus. quia est pars domini 7 sic est grauis p̄iudicij. **S**ed in alio vsu v3 alio iure si est leuis p̄iudicij non requiritur titu lus. si est grauis sic de iure ciuili. **S**ed de iu re canonico in alijs iurib<sup>9</sup> ab vsufructu si pos sidenti non obuiat ius cōmune. non requiri tur titulus. salvo casu qui notatur in proxi mo. 5. **S**i obuiat eo modo quo dicitur supra .5. prescriptio iuris incorporalis mere realis videlicet seruitutis. tñ si ex solo pati ex quo datur quasi possessio iustificatur possessio nō exigitur titulus in his que sunt contra ius. **S**i autem nō iustificatur possessio ex solo pa ti. tunc exigitur titulus vel possessio tāti tem poris cuius inittij memoria non sit. et illa anti qua possessio facit presumi iustam possessio nem 7 supplet defectū tituli. no. do. anth. de cens. c. puenit. v. carta. 7. venio ad tertij p̄n cipale. vide omnino. 7. 5. p̄xi.

**P**rescribi an possit obligatio et prestatio annui census et quanto tempore. dic q si pretendit census de beri ab ecclia psona plati ita q magis respici at psona plati q eccliam. p scribit sic ius me re psonale spatio tanti tps cui in itij no e me mozia. vel saltē p scribit tanq ius mixtu de bitum ab ecclia et sic a re persone. et tunc suffi / cit spatium. x. vel. xx. annoru de iure civili sz de iure canonico exigunt. xl. vbi autē p tendi tur census deberi dignitati. tunc quia perso na representat in dignitate. censet ius mixtu in q de iure canonico reqrit temp. xl. annoz

**R**eqrit etiā titulus dato q ius cōe nō resi / steret qz agit de qredo iure ex q surgit trāsla tio dominij. s. pecunie vel rei in q census psta tur nisi census eēt leuis et vni<sup>o</sup> denarij vel al terius modice rei. quo casu titul<sup>o</sup> nō reqritur vel nisi esset pscriptio tanti temporis cui<sup>o</sup> ini tij memoria nō existat. quia et tunc nō requi / ritur titulus. no. do. anth. de cens. peruenit. v. carta. x. ex his p dictis plura iferunt. et eo tempore quo dixit pstationē annui census p scribi. eo tēpore dico titulū census psumi si ti tul<sup>o</sup> alleget. et tūc pōt tempus deduci vt cau sa ius pducens et vt cā ius pbās. vt no. i. d. c. puenit. xij. carta. x. qd i cēsu. Sz adūte qā plus ibi dicit q ad psumēdū titulū annui cē sus sufficit tps decēnij. si alleget casus exp/ se a iure cōcessus. Nec mireris qz ipe tenet q licet de iure canonico regulariter exigant. xl. anni ad p scribēdū. tū sufficiunt. x. ad titulū psumēdū qn possessori ius non repugnat vt no. in. d. c. puenit. x. car. x. circa tps dubi um facit. Qualit<sup>o</sup> aut in his debeat libell<sup>o</sup> for mari. vide sub xbo libell<sup>o</sup> pcedit.

**P**rescribi an possit ius decimarū et qto tēpo / re. dic q si vn<sup>o</sup> prochianus intēdit acquirere ius decimarū in psonā suā ad p iudiciū alteri us prochiani. et tūc solo tpe nō acqrit qz nul lum tps ē cā obligationis psonalis. et hoc in qstum agit ad decimas psonales. Adē si agi tur ad reales. qz cū agit de acqredo dñio rei in qua pstat decima. censet res magni p iudi cij. ideo solū tps nō sufficit sz cū tpe. xl. ānoz reqrit etiā titulus nisi decima esset leuissima q casu ppter leue p iudiciū nō reqrit titulus vel nisi esset pscriptio tāti tps cui<sup>o</sup> in itij me / mozia nō existat quia illa supplet defectum ti tuli. St aut intēdit queri ius decimarū ad p iudiciū ecclie cui debent. tūc si cōtendit de decimis cōsistentib<sup>o</sup> in tertia prochia non in prochia p scribētis nec eius cōtra quē p scri / bit. quia forte illi ecclie ptra quā sunt bebite ex p uilegio vel p scriptione tunc p scribuntur spatio. xl. annoru etiāz sine titulo dūmō assit bona fides. qz licet p scribenti resistit ius cōe.

nō tū fundat intentū suū ptra quē p scribitur Et si dicas ē grauis p iudicij eo q agit de ac quisitione dominij. Rñdeo q nō est grauis p iudicij pdere id quod solo p uilegio et nō de iure cōmuni tenet. Si autē p scribens in tendit acquirere decimas in parrochia recto ris cui debent de iure cōi ad p iudiciū ipsi<sup>o</sup> rectoris et ecclie sue et p scribenti resistit ius cō mune. tunc requirit titulus nisi esset p scrip tio tanti tps cui<sup>o</sup> in itij memoria nō existat no. do. anth. de cēsi. puenit. v. carta. x. ex h<sup>o</sup> apparet. et de iure decimarū. Quod aut dcm est in p scriptione decime leuissime nō req / ri titulum. no. cōtrariū in. d. c. peruenit. vij. carta. x. ex his apparet quid in querēdo iure eligendi. Et sicut ad p iudiciū rectoris et ecclie sic cui debent de iure cōi nō p scribēt nisi tāto tpe cui<sup>o</sup> in itij rē. ita nec ex possessiōe psumit titulus nisi sit tāti tps cui<sup>o</sup> in itij rē. vt no. i. d. c. peruenit. xij. carta. x. ex his apparet dis / currendo.

**P**rescribi an possit iurisdicctio in alterius pre / iudiciū. dic per omnia idem quod. s. pxi. s. de xi in decimis. quia hoc est ius in rem debitā persone. et sic habet cōtinuationē possessiōis animo. licet in facto nō sit cōtinuū qz factum hominis in exercitio iurisdictionis exigitur no. do. anth. de cēsi. c. peruenit. x. ex his ap / paret qd de iurisdictione.

**P**rescribi an possit merū imperium. Bar. dic q nō absq patientia imperatoris sine q non pōt dari possessio. Tu dic q si sumitur impe rium pro his que sunt reseruata in p uilegiū um principis in signum vniuersalis dominij et potestatis que soli conueniunt imperatoz<sup>o</sup> vel ordini papali. talia non sunt quesibilia. Quedam sunt imperij quia reseruata principi communiter ad alium tamen transmissibi lia. et talia sunt per inferiores consuetudine quesibilia si cum hoc concurrat q habeant causam a principe. alias non ex quo sunt re seruata. Sed sumitur imperium magis late pro his que exercentur nobili officio iudicis principaliter ad publicam vtilitatem. Tunc aduertē q quedaz sunt ordini omnino anne xa. et talia non sunt consuetudine quesibi / lia. si non sunt annexa ordini. tunc querun / tur tempore. Quārum autem tempus et qd exigatur. dic q si agitur de iam quesito impe rio extendēdo. sufficit commune tempus sci licet. xl. ānoz fm canones. et. x. vl. xx. fm le ges. Si agat de imperio originaliter querē do vel etiā extendēdo in persona cui de iure cōi nō competit. tunc si habet titulū acqritur cōmuni tempore. si non habet titulum sz ha bet patientiam principis de q pstat. qri non



pōt nisi de vsu ⁊ consuetudine tanti tēpōis cuius inītiū mēoria nō existat. licet ex illo pati iustificet possessio vt h̄ spāle habeat id qđ ē solo p̄uilegio p̄ncipis concessibile. Si autem nō habet patientiam p̄ncipis ⁊ hoc p̄stat. tūc cōsuetudine nō pōt imperiū queri. ⁊ sic loquit̄ bar. vbi aut̄ d̄ patientia p̄ncipis dubitat̄ tūc imperiū queri pōt vsu ⁊ consuetudine tanti tēpōis cui⁹ inītiū rē. Et tā longus vsus p̄sumit̄ iustus ex qđ nō p̄stat de opposito. An autē sufficeret patientia regis vel baronis habentis merū imperiū cōtra quē quis veller p̄scribere. Bar. tāgit ⁊ nō soluit. dic qđ nō. quia ab eo nō dependet qđ habet a se abdicare ⁊ i alium transferre. Ideo sola patientia eius non iustificaret possessionē. no. do. anth. de censu. puenit. vj. carta. ⁊. ex his infer̄. Quid i his que sunt meri imperij. de foro cōpe. cū cōtinuat. ⁊. q̄ro vbi cōsuetudo. vide. s̄. s̄. p̄scribi potest iurisdicō.

**P**rescribi an pōt ius exigēdi pedagiū siue vectigal. dic qđ si agit de p̄scribēdo vectigali iā formato. querit̄ cōi tpe absq; titlo habita patientia inferioris ⁊ quē p̄scribit̄ qz ex ei⁹ pati iustificat̄ possessio ⁊ agit de leui p̄iudicio. q̄a leuis p̄iudicij est p̄dere cōpetētia de iure speciali t̄m. Si agit de vectigali querēdo ⁊ creādo de nouo. tunc si habet titulum a principe sufficit cōe tps. Si nō h̄z titulū. tūc si non cōstat de patiētia p̄ncipis nec pōt queri tpe nec consuetudine. quia talis vsus clādestinus est. Si nō cōstat de ei⁹ patiētia. tūc queritur cōtinuatione tanti tēpōis cui⁹ inītiū rē. Et si dicas qđ ex qđ nō cōstat de pati hic nō h̄z possessionē ⁊ sic nō pōt querere. dic qđ id p̄cederet qñ fundaret acquisitionē ex p̄scriptione. sed si fundat ex vsu. nō exigit̄ illa patiētia. qz ex illo vsu tālongo inducit̄ cōsuetudo que loco cōstituti iuris est. no. do. antho. de censu. puenit. vj. carta. ⁊. p hoc apparet quid d̄ pedagio. Et eo casu qđ dixi ius pedagiū q̄ri tpe. dic qđ in eodē tpe p̄sumit̄ titul⁹ illi⁹ iur̄ si alleget̄. ⁊ sic illud tps pōt dici vt causa p̄cedens ⁊ nō vt causa p̄bas. vt no. in. d. c. puenit. xij. carta. ⁊. ex his apparet qđ dicēdū. vide. s̄. ⁊. consuetudo. s̄. consuetudo exigēdi vectigalia.

**P**rescriptio exigēdi pedagiū de aliq̄b⁹ rebus exigi consuetū nō p̄cludit qđ de alijs reb⁹ possit aliqđ pedagiū exigi. no. Bar. in. l. si publica nus. in. ff. de publi.

**P**rescriptio iuriū incorpaliū in his q̄ sunt grauis p̄iudicij nō p̄cedit cōi tpe absq; titulo siue resistat ius siue nō. siue aliter iustificet̄ possessio siue nō. In his autē que sunt leuis p̄iudicij p̄cedit p̄scriptio cōi tpe absq; titulo dū t̄m def hoc qđ possessio sit iusta ⁊ iustificet̄ ⁊ p̄

sumptionē aut resistentiā iuris. qz illa est causa quare exigit̄ titulus. Et dicif̄ possessio iustificari ex patientia ei⁹ ⁊ quē p̄scribit̄. quādo patientia ē in tali iure qđ pati opes qz ius trāsferre pendeat a p̄tate patientis. Queda⁹ em̄ sunt in quibus ius cōe p̄sumit̄ ⁊ possidentem ⁊ possessionē omniū respectu iustificatio nis de iure cōi ita qđ illam nō p̄mittit nisi aliqđ iure speciali nō pendente a p̄tate eius ⁊ quē p̄scribit̄ sicut est possidere decimas in parrochia aliena. ⁊ in his nō p̄scribit̄ omī tpe absq; titulo sp̄ali. Queda⁹ sunt in quibus ius resistit ⁊ possessionē iustificat. sed aliquo casu etiā de iure cōi p̄mittit vt in casu. ⁊ tunc si p̄betur casus ille. p̄cedit p̄scriptio cōi tēpore absq; titulo quia iusta ē possessio. Et si non detur ille casus. exigit̄ expressus titulus. q̄a nō pendet iustificatio a nuda patientia eius cōtra quem p̄scribitur tunc exigit̄ qđ ille titulus p̄betur. vbi autē ex solo pati eius iustificetur quia ab eius potestate pendeat p̄tra quē p̄scribit̄. tunc alius titulus non exigit̄. Queda⁹ sunt in quibus ius possessioni non resistit ea data nec etiam eam iustificat sed solus ius nō p̄sumit. vt in seruitutibus in quibus res p̄sumit̄ libera ⁊ titulus nō p̄sumit̄. Si tamen detur possessio seruitutis. ius nō resistit nec aliter possessionē iustificat. ⁊ in his p̄cedit p̄scriptio cōi tpe absq; titulo. Queda⁹ sūt in q̄b⁹ ius cōe possidēti resistit ⁊ iustificat possessionem simpliciter. vel cōtra illā p̄sumit̄ si t̄m detur patientia illius contra quem ex sola patiētia possessio iustificatur vt qđ aliquis interfit electioni cum canonicis habentibus ius eligendi de iure ⁊ in talibus p̄sumitur cōi tempore absq; titulo. quia hoc est leuis p̄iudicij ⁊ per illud pati non p̄iudicabitur ecclesie sed solis canonicis. Et quia reperitur a iure p̄missa hec participatio iuris eligendi ideo sufficit cōe tempus ad p̄sumendū in casibus p̄dictis quia licz habeat causaz dīl cōtinuā respectu exercitij act⁹ natural. t̄m qz ius p̄tēdit̄ debitū a re persone ciuili possessione continuatur animo persone illaz acquirētis. ⁊ consequenter ex illa continua ciuili p̄cedit p̄scriptio cōmuni tempore. quod non esset si ius deberetur a re rei quia cum ibi nō debeatur persone non potest respectu animi sui possessio dici continua. Idem si actus naturalis est ibi interuallatus requiritur ad p̄scriptionem t̄m tēpus cuius inītiū rē. vt no. do. antho. de censu. puenit. vij. car. ⁊. ex his apparet qđ in q̄rēdo iure eligēdi.

**P**rescribi an possit ius eligēdi q̄rū ⁊ tps ⁊ qđ r̄ igat̄ ad p̄scribēdū. dic qđ si agit q̄ri ratioe persone. nō ē quesibile f̄m inno. s̄. rōe dignitatī

distingue. aut agatur quis querere totū ius eligendi abdicando illud a corpore habente potestatem iuris eligēdi. et nō pōt absqz titulo p̄scribere cōi tpe. et deficiente titulo req̄rīt tñ tps cui⁹ inītiū rē. qz h̄ nō ē leuis p̄iudiciū i totū absoꝛbere ius cōpetēs de iure cōi. Et qz in totū trāſſerre ius cōpetēs a potestate eorum quib⁹ cōpetit. et quia notoriū resistēs absoꝛbet omnem iusticiā possessiōis que nō sit tanti tēporis cui⁹ inītiū rē. Si agīt queri ius eligēdi ab alio de iure speciali. vel consuetudine questum pōt p̄scribi cōi tēpe absqz titulo qz ex toto nō resistit ius. et quia nō reputat̄ quis p̄ iudiciū abdicare qd̄ cōpetit de iure sp̄ali. Si agīt queri solum ius interessendi electiōi cuz alijs quibus cōpetit. p̄cedit p̄scriptio cōmuni tēpe absqz titulo qz ex solo pati canonici/ corū possessio iustificat̄ cū ab eorū potestate pendeat ius eligendi p̄icipare quod est leuis p̄iudiciū. et quia p̄ illud pati nō ecclie sed canonicis dūtaxat p̄iudicat̄. vt no. do. antho. de censi. c. puenit. vij. carta. x. ex his apparet qz in querēdo iure eligēdi. tunc etiā p̄sumit̄ titulus si alleget̄. vt no. in carta. xij. x. ex h̄ apparet quid in iure eligēdi. Sed postea q̄si ad finē dicti. x. di. cere videt̄. qz licet h̄ ius in totum trāſſerre vel etiā p̄icipare p̄petuo ad p̄iudiciū successorū vel dignitatis. nō p̄derata potestate canonicorū cū eorū pati sufficit ad possessiōnē temp̄alē iustificāda. et ex illa postea creat̄ ius p̄petuū. Sz dic qz nō cōtradicit quia illud quod ibi ad finē dicit̄ intel ligit̄ de p̄petuo iure et p̄iudicio p̄icipatiōis nō trāſſationis totalis iuris quia p̄icipatio est modici p̄iudiciū etiā in p̄sona successoris vel dignitatis ecclie. Aut p̄ illā p̄icipatiōez nullū sit p̄iudiciū. quia nō interest ecclie q̄s eligat. dūmodo electio fiat in tēpe et de p̄sona idonea. sed trāſſerre ius in totum et abdicare etiā a successore et dignitate. illud ē grauis p̄iudiciū.

**P**rescriptio libertatis cōtra fuiturē alternis tēpibus constitutā nō p̄ficiť nisi spacio. xx. annorum. ff. quēadmo. ser. amlti. l. si sit consti. tuta. qd̄ est verū qñ alternatio est annorum vel mensium vel septimanarū. secus si vnius diei vel hore quia tūc p̄ficiť spacio. x. anno/ rum. vt. d. l. si sit p̄stituta. Et si ē de q̄nquen/ nio in q̄nquēniū. vna die dūtaxat p̄ q̄nquen/ nio idē est acti foret alternatis annis vel mē/ sibus cōstituta. **A.** de fuitu. l. si. in p̄n. Et ra/ tio quare tunc tps duplicatum ē qz p̄pter in/ teruallum tēp̄is in q̄ q̄s seruitute vti nō pōt eī negligentia interrūp̄it. et cū p̄scriptio liber/ tatis p̄cedat ex negligentia fuitute nō vten/ tis et interuallum q̄ q̄s vti nō possit diminu/

at siue interrūpat negligentia. ideo exigitur suppletio in tēpe duplicato. ita dicit do. an/ tho. in. c. puenit. de censi. vij. carta. x. ex his apparet qz in querēdo iure eligēdi. ad fi. xli. **Q**ue ratio non videtur bona quia idem con/ cludit vbi est alternatio et interuallum dierū et horarū. et tñ ibi duplicat̄ tempus. Ideo dic qz ratio ē quā ponit glo. i. d. l. si sit. quia vbi ē maius interuallū est minor negligentia ei⁹ cō/ tra quem p̄scribit̄. ideo maius tempus ad p̄ scribendū exigīt. Est tñ aduertendum qz licet in p̄scribenda seruitute habente causam dis/ continuam requirat̄ tñ tps cui⁹ inītiū rē. tñ in p̄scribenda libertate cōtra illam fuitutem licet talis p̄scriptio p̄cedat ex negligentia dis/ continua sufficit tempus. x. vel. xx. anno/ rum. vt dicit bal. in. d. l. si. **A.** de fuitu. Sed do. anth. dicit qz ex negligentia nō vtenis sem/ per est cōtinua. vt no. p̄ eundē in. d. c. puenit car. penl. x. venio ad scōm. qd̄ in iurib⁹.

**P**rescribere nō pōt ordinarius iurisdictionē in eccliam sue diocesis exemptam et pape s̄b/ iectam nisi spacio centū annorū qz minori tē/ pore nō p̄scribit̄ contra papaz. Sz si esset ex/ empta ita qz subiecta inferiori a papa puta ar/chiep̄o. tūc quia hoc est ius p̄sonale in re po/ test p̄scribi cōi tpe absqz titulo. et p̄p̄ iur̄ cō/ cursū p̄sumeret̄ bona fides. nec obstat qz ha/ beat causam discōtinuā qz ē ius p̄sonale de/ bitū. et sic p̄sonē cōtinuē possidētī ciuilit̄ suffi/ cit cōe tempus. vt no. do. anth. de cēsi. c. per/ uenit. vij. carta. xli. ex his inferitur ad questū onem.

**P**rescribi an possit libertas p̄tra actionē et ob/ ligationē p̄sonalem et que exigat̄ ad talem p̄/ scriptionē. dic qz si querit̄ an solo tpe libera/ tio inducatur. et dico qz nē quia tempus non est modus tollendī nec inducēdi obligatiōez. Si querit̄ an tollat̄ p̄scriptione causata ex/ tēpe. et tunc dic si est debitū vnice p̄estati/ onis tollit̄ actio ipso iure s̄z non obligatio nisi spacio. xxx. annorū. Si aut̄ debitū ē annu/ um et multiplicis p̄stationis. tunc pro quoli/ bet anno requirit̄ vna p̄scriptio. xxx. anno/ rum siue sit debitum ex cōtractu siue ex vlti/ ma voluntate quicquid dicat̄ bar. et alij. Et hec est communis opinio nisi forte esset p̄/ scriptum per centum annos. quia tunc forte ius pro quibuslibet annis esset sublatum. et ad libertatem p̄scribendam requiritur bona fides de iure canonico. saluo qz si actio ē tem/ poralis ex natura sui vt actio de dolo. finitur illo tempore. et si est perpetua finitur spacio triginta annorum de iure ciuili. vel. xl. anno/ rum de iure canonico. In actionibus cōpe/ tentibus ecclesijs nec tñ inspiciť bona vl̄ ma

la fides debitoris. quia tunc pprieno dicitur tolli p̄scriptionem s̄z ex natura sibi ab initio data et solo tempe et fine vite finit. Ideo adu te ad statuta (que post certum tempus excludunt creditores) quō loquant̄. quia si p̄scriptionē inducunt nō poterit tolli actio absq̄ bona fide debitoris. no. do. anth. de censi. c. puenit. xij. carta. v. venio ad tertium q̄n tempus. et vide supra. §. p̄scriptio procedens ex sola.

**P**rescribi an possit libertas cōtra iura realia. dic q̄ si querit an solo tempe tollant̄ talia iura et nō tollunt̄ quia tempus nō est modus tollendi. Si querit an p̄scriptione cassata tempore siue nō vsu quia iura nō necant hāc p̄scriptionē sed nōsum. et dic q̄ sic. Quantuz aut̄ tempus et que exigant̄: dic aut̄ agit̄ de p̄scribenda libertate seruitutis anteq̄ sit cōstituta sed erat p̄missa. et tunc quia hic nō ordinatur ad tollendū ius reale quod nōdum est fm obligationē p̄sonalem ad cōstituendum seruitutē. tollit̄ tempe quod requirit̄ ad p̄scriptionem tempalem. de quo dixi supra p̄ximo. §. Si agit̄ de tollenda seruitute iam cōstituta. et tunc si habet vsu tempore nō interuallatum sed paruum vt dieruz et horarum. Si aut̄ habet interuallum mensiu vel annorum. exigit̄ tempus duplicatū. vt si ibi interuallata nō sufficiant decē anni. in hac exigantur. xx. hec vera de iure ciuili siue seruit̄ habet causam cōtinuā vel discōtinuā. S̄z de iure canonico qualiscūq̄ sit seruit̄. ad p̄scribendū libertatem exigunt̄. xl. anni. Titulus aut̄ de iure ciuili nō requirit̄. s̄z de iure canonico sic. si p̄sumptio est ius cōe. Similiter de iure ciuili nō requirit̄ bona fides q̄n seruit̄ cōtra quā p̄scribit̄ ex simplici nōusu p̄ditur nec aliquod factum vel quasi possessio exigit̄ ex p̄te p̄scribentis libertatem vt cōiter continet̄ in seruitutibus rusticis. secus in seruitute in cuius libertate querēda exigit̄ factum hoīs vt in seruitute salicidij quia in illa requiritur bona fides. Sed de iure canonico tenetur q̄ ad hoc q̄ sit p̄scriptio requirit̄ omni casu bona fides. q̄ indubitanter p̄cederet vbi p̄scriptio est cōtra ius cōmune. nō tamē exigit̄ scientia vel patientia eius cōtra quem p̄scribit̄ quia nullo iure ciuili vel canonico hoc cauet̄ ideo cōtra eum vtentē etiā ignorātem sibi cōpetere seruitutē currit p̄scriptio. sed ei subuenitur ex clausula generali. si qua iusta causa. et sic etiā subueniet̄ p̄ restitutionē q̄n q̄s nō est vsus quia nō potuit. vt no. do. anth. de censi. c. puenit. penl. carta. v. venio ad scdm qd̄ in iurib̄. Idem dicit bar. de restitutione versus p̄scriptionē ratione ignorātie. vt. l. j. §. si

quis aut̄. d̄ it̄. actuz p̄ua. licet alit̄ loquitur in. l. genere. ff. de his q̄ notant̄ infa.

**P**rescribi an possit libertas cōtra iura mixta que debent̄ a re p̄sone. dic q̄ talia iura tempore nō tollunt̄. Si querit̄ an ex nōusu cū negligentia tollant̄. dic q̄ quedā sunt iura debita ab inferiore in signum vniuersalis subiectionis. vt in loco quis prestet obedientiaz vel q̄ visitet̄. et talia non p̄scribuntur. Quēdam que nō debent̄ in signum superioritatis. sed altero iure accidētali. et talia sunt tempore quesibilia. Et o aut̄ tempe querant̄ et que exigant̄: dic q̄ si agit̄ de p̄scribenda libertate seruitutis vsufructus anteq̄ sit cōstituta. sed erat p̄missa. et tunc idem quod dixi de p̄sonali. Si agit̄ de p̄scribenda libertate iuris iam cōstituti. et tunc aut̄ illo iure vti est in mea facultate q̄n voluero (quia sic cōstitutū est) et tunc nō vtendo quia nō volo dicto vti ideo nō est p̄scriptibilis libertas. Si nō est in mea libera voluntate vti vel nō vti (quia sic nō est constitutum) et tunc de iure ciuili tollitur ex nōusu p̄ decenniū si nō habet vsu in teruallatum. si aut̄ habet interuallatum. aut est ex forma iuris et certum sicut in vsufructu annuo alternis annis legato. et tunc quia in ualla faciunt diuersa iura. exigit̄ p̄ qualibet integra p̄scriptione. Si aut̄ ex forma conuentionis nō est interuallatuz ad aliqd̄ determinatum tempus. vniciū tm̄ ius est. igitur exigitur vnica p̄scriptio vt patet in iure eligendi actiue et passiue et in iure p̄sentandi. et tūc tempus p̄scriptiōis incipit a die quo imminet casus electionis vel p̄sentationis faciende et ab illo tempe si nō vti illo iure vsq̄ ad decēnium de iure ciuili illud perdit. De iure autē canonico exigunt̄. xl. anni. An autem exigant̄ titulus et bona fides. dic p̄ omnia vt. s. p̄xi. §. dixi in fuitute reali. Et hec vera quādo agit̄ de p̄dendo iure competenti de iure cōmuni. Si aut̄ de p̄dendo iure ex p̄uilegio quesito est alia materia p̄ se. de qua p̄ Cy. in. l. voluntarie. l. de exe. tu. et ita no. anth. de censi. puenit. carta vltima. v. venio ad tertiu quid in iuribus.

**P**rescribi an possit liberatio siue libertas ex titulo inhabili siue inualido. dic q̄ si illa liberatio potest alis induci solo cursu tempis. tūc si adest titulus inualidus p̄scribit̄ per cursuz dimidietatis illius tempis quod alis sine titulo exigebatur ad p̄scriptionem et per illū cursum titulus inhabilis confirmatur. vt patet in filiofamilias qui se liberat a patria potestate si fuit illegitime emancipatus et p̄ decēnium se gessit pro sui iuris vbi alias requirerentur. xx. si absq̄ emancipatiōe se gessisset

pro emancipato. Si vero solo cursu tpsis nō possit libertas induci qz ius cōe resistit p̄scribenti r tunc p̄cedit titulus inhabilis ab eo q̄ poterat p̄tra ius disp̄sare: cōfirmat̄ titul⁹ r p̄cedit p̄scriptio p̄ sequentē patientiā. xl. an. nozū: vbi aut̄ titulus inhabilis p̄cedit ab alio tunc nullo tpe r̄firmat̄ nec p̄scribit̄. no. do. anth. de cens. puenit. penul. col. r vide. j. s. proximo.

**P**rescriptio an possit p̄fici ex titulo inualido siue inhabili: dic de iure canonico q̄ si titul⁹ est inhabilis errore facti et p̄ titulo reputat̄: talis titulus p̄ficiat ad p̄scriptionē r r̄firmat̄ ex cursu r possessiōe cōmunis tpsis. Si est inhabilis errore iuris: tūc in p̄scriptiōib⁹ i qui bus exigif̄ sola bona fides vt i his que sūt cōtra ius cōmune talis titulus p̄ficiat ad p̄scrip̄tionē cōi tpe p̄ficiēdā qz dat bonā fidē ex q̄ causatur p̄scriptio: qz errare est esse in bona fide. In p̄scriptionibus aut̄ in quibus titul⁹ exigitur: nūq̄ titulus inhabilis cōfirmatur: nec p̄cedit p̄scriptio q̄n habitas tituli ē incerta. vbi aut̄ est dubia tunc cursus tpsis pōt operari inter p̄trando r cōfirmando titulum: dūmodo sit tātū tps qd̄ r̄suetudinē possit inducere. no. d. anth. d. cens. c. puenit. vlti. col. et vide s. prox. s.

**P**rescribere volenti nō obstat error iuris pro habilis. Et dicif̄ pbabilis q̄n habet originē ab intricato dubio. d. r̄sue. cū dilectus. r no. do. anth. de p̄scrip. c. si diligenti. Itē tolerabilis esset in milite quilibet error iuris. l. j. et qd̄ ibi no. p. l. y. r Bal. l. de iuris r fac. igno. Itē pbabilis et tolerabilis est etiā in nō milite q̄n ius exp̄sse non resistit sed simpliciter non assistit. quo casu nō impedit p̄scriptionē nec causat malā fidē. **P**rescriptionē aut̄ impedit et malā fidē causaret q̄n ius exp̄ssere sisset. r hoc casu loquitur regula. qui cōtra iura l. vj. Ita no. do. antho. i. c. cura. d. iurepatro. Itē error iuris nūq̄ impedit p̄scriptiōnē q̄n in p̄scribendo sufficit bona fides sola absq̄ titulo. quod est de iure canonico quando p̄scriptio nō est cōmunis fm formā. c. j. d. p̄scrip. l. i. vj. tūc em̄ titulus (licet d. iure canonico inualidus) p̄bat bonā fidē: qz errare i iure est esse in bona fide. vt no. do. anth. in d. c. cura: et hoc firmat in. c. puenit. de cēsi. vl. col. **S**ed quid dices in p̄scriptione p̄tra ius cōmune que est tanti tpsis cuius initij memoria nō existat r i qua nō exigif̄ titulus: vt patet in d. c. j. d. p̄scrip. nunqd̄ error iuris i titulo impediret talē p̄scriptionē: videt̄ qz nō q̄a p̄scriptio tanti tpsis nō solū supplet defectum tituli sed etiā facit bonā fidē r possessiōnē iustam p̄sumi. vt no. do. antho. in d. c. puenit.

Procurator si ab initio est admissus vsq; ad litem contestat. an postea possit repelli si non doceat de mandato saltem ex officio iudicis. vide quod no. de elec. c. j. li. vj. in glo. sup xbo absentia. et vide. s. xbo exceptio. s. exceptio ista.

Procurator non potest ex mandato quātūcūq; latissimo aliquid agere p quod id qd dñs spēcialiter fecit vel fieri mādauit impediat vel reuocetur. ff. man. l. si hominē. et ibi bar. Et idē dicit glo. xxvj. q. vj. tempa. hoc limita nisi procurator habeat generale mandatū cum libera vt no. inno. de offi. dele. cū olim. j. i glo. penl.

Procurator non potest constitui p excommunicatum ad recipiendū absolutōnem ab excommunicatōe. sed bñ potest constitui ad litē agendam siue agendam sup absolutōe petenda vel petita. no. do. anth. de iudi. c. intellexim.

Sed inno. dicit qz ex causa potest procurator interuenire ad petendum absolutōz a sententia excommunicatōis a snia suspēnsionis vt interdicti potest etiam sine cā. vt ipse no. de sen. ex. cum desideres. et vide. s. xbo excoicatio. s. excoica

Procurator tenet iurare de calū: (tus pot. nia. non solū in aiā dñi s; etiam in aiāz propam qz ipse potest malignari. nam et si dñs iurass; etiam ipse iurare tenet. no. Ro. pclu. cclxxx.

Procurator pstitutus ad cām tenet satisfaccōnarijs cāe de eozū solario qñ pncipal ē absens a curia. etiam si procurator recipiat onus ad s;stutendū dūtaxat. no. Ro. cōclu. cccxj.

Procurator agēs noie clientuli sui ad certā pbenā s; tertiu possessore. an intelligat renunciare iuri qd iure proprio sibi cōpetebat in ipsa pbenā. vide sub xbo renunciatio.

Procuratoris mādātū qñ reqrit spēale. an sit necesse illā spēalitatē expm i i diuiduo puta ad iurādū sic vt sic vt ad petēdū restitutōz aduersus talē sniam vt pscriptōz. an xō sufficiat qz in genē dicat ad iurādū et restitutōz petendum. vide bar. ff. de dona. l. fili. in pnci. vide glo. in cle. j. de renuncia.

Procurator potest gesta per alium suo nomine per litteras confirmare non tacite. no. ro. p. l. c. ccccxxxv.

Procurator licet sit admissus et non est ut procuratorem sine litteris lata. tamen dominus cuius causa agit se potest opponere quod non fuit procurator. no. bar. ff. de procuratoribus. l. pomponius. §. rati. et l. licet. et anth. in. c. cum in iure. de officio. dele. vide oino. §. xbo. presumptio. §. presumi non debet quod esse procurator.

Procurator inabilis sicut non potest per substituentem in iudicio comparere. ita nec alium substituere. licet mandatum substituendi habeat. quod est verum quoniam causa in abilitatis ita respicit actum substituentis sic agendi. ut in religioso quod habet intendere preterlatum a quo distrabit ita substituendo sicut agendo licet non tanto tempore. Secus in excoicato quod licet non possit in iudicio per alio agere. potest tamen substituere et suberere. no. do. ant. §. pba. c. post cessionem. vl. colu.

Et licet in actu substituendi per litteras possit procurator excoicatus quod religiosus. tamen in actu iudiciali comparandi certo casu plus potest religiosus quod excoicatus. quia in casu cui potest religiosus etiam ut procurator constituitur comparere. excoicatus non. ut no.

Procurator habens mandatum ad recipiendum pecuniam mutuo. non potest propter se mutuo recepisse. no. bar. ff. si cer. pe. l. ij. in fi. l. de nouari. l. non abstulit. et bal. in. l. falsus. l. de fur. et ange. in. l. si ita stipulatus. §. grifogon. de xbo. obf. et io. an. in addi. spe. in ti. de teste. §. f. §. sed pone egi. in fi. h. intellige quoniam confessio allegata ut spes tractatus quod etiam per confessionem absque numeratione potest mutuum trahi. Sed cum mandatum non comprehendit illam substantiam. non potest procurator intendendo trahere. Sed si confessio allegata ut spes perbatonis. credo quod tractatus mutuus teneat itaque perbatum per confessionem et erit mutuus ex numeratione tractatus quod numeratio per confessionem perbatum. per tex. ff. de po. l. publica. in fi. et l. si ex cautioe. §. quanto quod. l. de non nu. pe. §. ibi loquitur in domino. secundus in procuratore. et ita distinguit io. an. i. d. §. §. pone. non ob. quod no. bar. in. l. si debitor. ff. de noua. vbi dicit quod habens mandatum ad solutionem recipiendam. non potest propter se sibi solutum esse. et tamen confessio allegata ut spes perbatonis. quod illud dicitur bar. debet intelligi secundum legem quam allegat quoniam constat quod propter se recepisse nihil recepit sed confessionem a quo donandi fecit. quod casu quod in mandato non venit donato. talis confessio non preiudicat. et ita loquitur. l. §. si mutua. ff. si quod in frau. patro. qua. l. bar. allegat. Sed vbi non constat. non presumit quod animo donandi procurator confessus fuit. Valeret igitur confessio et preiudicat domino. aliter sequitur quod si procurator pecunia nullo pacto recepit. non potest bona si dem aggressore. l. si fideiussor. §. quod dicitur. et l. qui muci. ff. man. Et eodem modo runderi possit ad id quod no. bar. i. l. a diuo pio. §. si emptor. ad si. dere iudi. vbi dicit quod executor datus ad vendendum non potest propter se rem recepisse. sed debet stare de

reali numeratione. In procuratore tamen cesari non fisci dixit bar. in prius quod possit vendere et propter se rem recepisse. ff. de iure fisci. l. si procurator. §. si. §. 3. opi. bar. approbat indistincte. d. ant. in. c. si cautio. ad si. de si. instru. Sed prius opinionem quod sufficiat confessio quoniam non apparet quod facta sit a quo donandi. tenet bar. de salu. in. l. ij. in fi. ff. si cer. p.


Procurator generalis non potest remittere exceptioem emptoria nec dilatoria. quia talis remissio sapit donatioem. Sed non venit sub generali mandato. sed declinatoria fori remittere potest. ut no. bar. i. l. si. in pn. ff. de his que in frau. cre. circa pnci. vide quod no. inno. de officio. dele. cum oli. §. vbi dicit quod licet procurator generalis possit renunciare perbatum super exceptioem emptoria vel dilatoria tamen ipsi exceptioem non potest renunciare nisi habeat generale mandatum cum libera. et vide do. ant. in. c. j. vt li. non potest. Sed aut dicit bar. procuratorem generale posse renunciare declinatorie fori. non videtur verum ut no. §. §. procurator non potest sine specialis mandato iurisdictionem progare. vide anth. in. c. j. vt li.

Procurator confessio vel contumacia aut non est dolus an noceat domino. vide plene per do. ant. in. c. j. vt li. non potest. per cy. in. l. j. de confes. et per Jo. an. in addi. spe. in ti. l. de confes. §. postremo. §. si non sit per procuratorem. iij. colu.

Procurator non certificatur de mandato per instrumentum aut per litteras vel per nuncium proprium domini. non potest officium procuratoris exercere. nec sufficeret eum certificari per extraneum. no. fran. de za. in de. non potest. in fine de procuratoribus. vide in spe. e. ti. §. §. §. §. quod si procuratorum. et quod no. ibi io. an. in addi. et in. c. is que. ti. li. vj. i. nouel. et copos. de elec. in. c. statuim. in glo. que dicitur procurator. in fi. vide oino domi. de sanc. geni. in. d. c. is que. vbi allegat vna notabilem decisionem dicentem quod gesta per procuratorem non certificata de mandato. valent si in mandato est clausula de rato.

Procurator faciens actum si non dicit an suo vel procuratorio nomine facit. vtrum intelligitur nomine proprio. vel procurator fecisse. vide do. ant. de p. cu. m. vj. colu. et per bar. i. l. j. §. nunciatio. ff. de noua. ope. nunci. et in. l. p. morte. §. §. ff. quoniam ex facto.

Procuratores si sint plures dati sine clausula insolidum. vnum solus non admittitur nec eligi potest per iudicem ad causam persequendam. nisi causa sit spiritualis in qua iudex potest vnum eligere et valet quod per illum fit. vbi autem est clausula insolidum. quilibet admittitur. et quod per molite testatur. ille solus persequitur. nec tunc admittitur collega nisi in substitutione dictum sit quod non sit melior conditio occupantis. quod casu ita demum admittitur collega si ille qui est litis testatur noluit vel non potuit persequi. vel alium non substituit. Et vbi in casibus predictis collega est admissus non potest quod litem testatus fuit ad prosecutores reuerti. nisi ille collega noluit vel non potest persequi. nec potest collega dare substitutum cum non sit domini litis



de procura. c. si duo. li. vj. et ibi no. vide oino ad limitatōz p̄dictōz qd̄ no. io. and. in. c. in noie domi. de testi. vbi dicit q̄ datis plurib⁹ p̄curatoribus cū clausula q̄ nō sit melior cōditio occupantis. licet lis contestet p̄ vnū tamē valeat quod sit p̄ alium si dñs vult q̄ valeat et alia pars fuit p̄sens. secus si fuit absens. vbi autē alia pars vult q̄ valeat et domin⁹ non vult q̄ valeat. tunc dñs exauditur. alia pars nō. quia reus favorabilior est et propter clausulam p̄dictam. vbi aut̄ vtraq; pars cōsentit q̄ valeat tunc nullum est dubiū. **I**dem dicit bal. quo ad p̄mum dictū in. l. si qñ. **L.** de testi.

**P**rocuratores ad lites si dan̄ p̄les. et quilibet eorū licet non dicat̄ insolidum. censet̄ q̄libet i solidum cōstitutus. vt no. bal. in. l. plurib⁹. ff. de procura.

**P**rocurator non potest renūciare appellatiōni no. bal. in. l. si. **L.** de temp. appel. vide. s. s. procurator non pōt sine speciali mandato iurisdicōnem. **S**ed aduerte quia tex. in. d. l. si. loq̄ de appellatōe interponenda. sed tunc cōclude si nō potest renūciare interponende multominus interposite.

**P**rocurator nō potest cōstitui p̄ patrē ad emācipandum filiū. s̄ ip̄emet debet emācipare. filiū autem bñ potest cōstituere procuratorem ad petendū se emancipari et ad consentiendū emancipationi. nam et absens pōt emācipari. dum tñ postea cōsentiat emancipatiōni. **L.** de eman. libe. l. iubemus. p̄ hoc qd̄ dicit̄ de p̄sensu. facit tex. in. aut. q̄. mo. na. effi. sui. s. generaliter. sed glo. in. d. l. iubem⁹ vidē dicit̄ q̄ ignorans nō potest emancipari. vide **Bar.** in. l. p̄ mortē. s. fina. ff. de adop. et l. gallus. s. forsitā de liberl et posthu. et ff. de adoptio. l. neq; absens. et d. l. post mortem. s. fina.

**P**rocurator ex pte rei sine mādato admittit̄ inuito actore si vult satisfidare de iudicatū soluedo. vide **bar.** ff. de solu. l. solutōz. et de p̄cura. l. suum quoq; s. publice. et de procurato. sine mandato ex pte actoris. vide **bar.** in. l. non solum. s. si. e. ti. et vide. s. s. procurator et etiā defensor.

**P**rocuratoris mādātū an et quādo finiat̄ morte mandantis. vide. s. vbo mandātū.

**P**rocurator de cuius mādato dubitat̄ licet admittat̄ añ litem p̄testa. cū cautōe de rato et p̄talem cautōz in p̄sona secūda legitime. s̄ est verum in incidentib⁹. nō quo ad merita. ideo post litis p̄tes. poterit s̄ euz opponi ad merita q̄ nō sit p̄curator. **E**t sic legitimatio illa opabitur vt admittat̄ ad discutiendū iudiciū vsq; ad merita. et vt si sentētia s̄ eū ferat̄ sibi p̄iudicet. nō ad p̄iudicium dñi. nec etiā valebit ad p̄iudicium illius q̄ succubuit. dño ratū nō habente. eo ratum habente sic. fm **bar.** **S**3 cō

clude fm do. anth. q̄ si ex sentētia ferenda s̄ p̄curatorem nō est bñ cautum litiganti. poterit etz cōpellere ad futura. **S**ec⁹ si ē plene cautum. vt quia totale suum interesse potest consequi a dño. ita no. do. anth. de cōsti. cum m. vbi dicit **bu.** xj. colū. **S**ed **bar.** aliter loquit̄ in l. pōpon. s. rati. ff. de procura. et vide. s. verbo exceptio. s. exceptio ista.

**P**rocurator sine mandato admittit̄ cū cautōe de rato p̄ cōsorte eiusdem litis. dum tamen sit als. abilis ad procurandū et natura cause patitur procuratorē admitti. et tunc demū dicuntur consortes litis qñ inter eos est cōmunitas actōnis et obligatiōis vt duo coheredes. et qñ est cōmunitas litis. vt qz ambo agunt in eodē libello. secus s̄ si in diuersis libellis sepatim agerent. vel sepatim vt rei responderēt. no. d. antho. de p̄stitu. cū m. s̄. sed aduertam⁹. liij. columna.

**P**rocurator si est cōstitutus s̄ certam p̄sonam in aliq̄ causa et generalit̄ in omni alia cā. illa generalitas restringit̄ et intelligit̄ de causis s̄ p̄sonam motis v̄l mouendis. vt no. **Bar.** in. l. q̄ habet. s. si. de tute. et p̄ tex. l. quod dicit̄. in p̄nci. que immediate sequit̄. p̄ quo facit qz noua p̄sona nunq; subintelligit̄. l. si ita stipulatus. s. s. grifogonus. d̄ vbo. obli. **E**t facit qd̄ dicit̄ de impetrante bñficiū tanq; vacans p̄ resiḡtionem tertij. siue quouis mō ex p̄sona eiusdē tertij. vt no. la. in. c. susceptū. in p̄nci. de rescrip. li. vj. et vide. s. s. procuratoris mandatū ēstri c̄turis. et s. procurator rei licet sit. cum. s. se.

**P**redicta intellige nisi lis que mouet̄ s̄ nouā p̄sonam esset necessaria tanq; p̄ambulū et antecedens ad litē mouendam s̄ p̄sonam in instrumēto mādati specialiter nominatam. no. **bar.** tho. in. l. ad legatum. ff. de procura.

**P**rocurator exp̄sse cōstitutus ad aliqua spēale mādātū exigētia et generalit̄ ad quis alia q̄ requirunt speciale mandatū. dicit̄ insufficiēs p̄curator etiam ad maiora exp̄ssis. et hoc opatur illa dicitio queuis. vt no. do. antho. in. de. s. de re iudi. quod nota. quia fm eum limitat̄ cle. non potest. de procura.

**P**rocuratoris mandatū ad agendū v̄l defēdēdum finit̄. finita lite p̄ sententiā si fuit spēalit̄ cōstitutus ad illā cām. secus si fuit generalit̄ cōstitutus ad lites p̄sentes et futuras et mādātum acceptauit simpliciter. vt no. **bar.** ff. de solu. l. si procurator meus.

**P**rocuratores si sint plures cōstituti insoliduz cum clausula q̄ nō sit melior conditō occupantis. vno litē p̄testante. nō possit ali⁹ ad causas venire nisi pus litē p̄testatus fuit mortuus absens vel impeditus v̄l nolit causam p̄seq. vt i. c. si duo. de procura. li. vj. v̄l nisi p̄cesserit i cā pte aduersa p̄sente et non s̄dicente. vt no. an.

in. c. in noie domi. de testi. Sed do. anth. in b  
ultimo sentit ibi contrariū p. d. c. si duo. de p-  
cura. Sed pro io. an. facit tex. quē ipse allegat  
ff. e. ti. l. filius. §. veterani.

**P**rocurator si nō doceat de mādato tenet par-  
ti 3 quam egit vel 3 quam defendit ad inter-  
esse. vt no. bar. in. l. pompon. §. rati. ff. de pro-  
cura. 7 in. l. licet. l. e. ti. 7. ff. si cer. peta. l. ciui-  
tas.

**P**rocurator cōstitutus ad agendū videf tacite  
constitutus etiam ad defendēdum. Et si cō-  
stitutus sit ad agendū dūtaxat nō dicit idone-  
us procurator 7 potest repelli p conuentū. no-  
tat bar. in. l. suum quoq. §. ait p̄tor. ff. de pro-  
cura. sed talis exceptio debet opponi an litem  
cōtestatā. qz postea nō potest opponi. vt notat  
bar. in. l. pōpon. §. rati. in fi. e. ti.

**P**rocurator non potest cōstitui p dñm ad ma-  
numittendum suum. vt no. bar. in. l. p̄ mor-  
tem. §. fi. ff. de adop. 7 in. l. gallus. §. forsitā.  
de liber. 7 posthu. 7 idem no. d. ant. in. c. p̄ ve-  
nerabilem. q. fi. sunt le. xiiij. colū.

**P**rocurator an possit cōstitui ad legitimanduz  
filiū tam ex pte filij q̄ ex parte p̄ris. vide. s. v̄  
bofilius. §. filij legitū.

**P**rocuratores duo sunt quozū vnus in vno in-  
strumento alius in alio instrumēto eadem die  
p̄fecto constituti sunt. si nō apparet ex illis in-  
strumentis qd̄ ex illis instrumentis p̄cesserit.  
inuenit se impedist 7 nullus p̄t dici p̄cura-  
tor. vt no. oldra. consilio. j. quod limita nisi in  
altero dūtaxat ex instrumentis predictis esset  
clausula referuatiua citra reuocatōz aliorum  
procuratorū p̄us constitutorū. qz tunc illd̄ in-  
strumentū quod habet dictam clausulā cense-  
tur vltimū 7 valet vtrūq. 7 censef quilibz ha-  
bere mandatū insolidū. vt no. io. an. in addi.  
specu. in ti. de procura. §. ratōne aute 3 forme  
7. item q. licet.

**P**roducens instrumentū non potest re-  
uocare productōnem. no. do. anth. de  
fi. instru. imputari. 7 vide. s. verbo. in-  
strumentū.

**P**roducens instrumentū cum p̄testatōe q̄ p-  
ducit ea parte que facit pro eo 7 non vltra. iu-  
natur ex p̄testatōe vt habeat pro nō produ-  
cto in his que faciunt 3 eum. quod est verū i  
instrumento confecto de actu alterius. secus  
si sit de actu ip̄ius producentis. no. Ro. con-  
clu. cclxxiiij. Idem no. do. ant. de excep. cum  
venerabil. viij. colū. in p̄n. v̄. nūquid aut. vbi  
dicit q̄ tunc iuuat p̄testatio q̄n instrumentuz  
est cōfectum ad petitiōnez aduersarij. sec̄ si ad  
petitiōz producentis.

**P**roducens falsum instrumentū scienter non  
solum pena falsi punif sed etiam causam p̄dit  
no. do. anth. de excep. cum venerabilis. v. co-

lum. v̄. oppono q̄ cōtra. 7 de rescrip. olim. ad  
fi. Et quod dictum est q̄ causam perdit est ve-  
rum in puato agente pro re sua. secus in prela-  
to agente pro re ecclesie nisi totum capitulum  
consentiret productioni. vt no. do. antho. e. c.  
xiiij. columna. in fi.

**P**roducens instrumentū non potest de falsita-  
te impugnare nisi aduersarius illud de falsita-  
te impugnet 7 viam sibi aperiat. Fallit in fa-  
uore ecclesie. sed si velit ip̄m impugnare tāq̄  
non solenne vel dicere q̄ non probat id ad qd̄  
ip̄m produxit. potest. no. do. anth. de excep.  
cum venerabilis. v. colum. v̄. oppono q̄ cōtra  
hoc vltimum. de non solenni intellige quādo  
producens instrumentū non dedit expressum  
articulum de contentis in instrumēto. sed sim-  
pliciter produxit instrumentū ex qua produ-  
ctio ne insurgit tacita confessio. sed si expresse  
dicat. confiteor contenta in instrumēto esse ve-  
ra. 7 pro probatione det articulum de conten-  
tis in instrumento. tūc si instrumentum repro-  
batur de falso p̄ aduersarium. nō nocet tacita  
confessio producenti coherens productōni in-  
strumenti. nec etiam expressa sub cōmemoza-  
tione instrumēti facta. Secus si confessio vel  
articulus fieret de contentis in instrumento.  
nulla facta mentōne de instrumento. vbi v̄o  
instrumentum reprobat nō vt falsum s̄ vt nō  
solenne. tunc p̄ducenti instrumentū nocet cō-  
fessio siue sit tacita siue expressa. quādo scien-  
ter produxit. Sed si p̄ errorem etiam iuris nō  
nocet etiam tacita cōfessio sed expressa. sic eti-  
am si ad instrumentū se referat 7 sub eius cō-  
memoratione fiat. nisi contra ip̄am expressam  
confessionem sententia lata sit. In casibz aut̄  
in quibus dixi confessionem producenti noce-  
re. aduersario instrumentū reproban te. mltō  
magis nocebit si n̄ reprobat. no. hoc. do. an-  
tho. de excep. cum venerabilis. vj. colum. v̄.  
ad secundum. Et vide. s. v̄bo error. §. error  
cōfessionis. 7 vide bar. in. l. post legatū. ff. de  
his quibus vt indig.

**P**roducta in causa principali an probet in cau-  
sa appellatiōnis ratione sui interesse. vide. s.  
verbo probatio. §. probationem non faciunt  
7. §. sequenti.

**P**roducens instrumentum an videatur tacite  
confiteri etiam illa que in instrumento narra-  
tiue non dispositiue continentur. vide. s. ver-  
bo error. §. error confessionis. 7 in decif. Ro.  
conclu. cclxx.

**P**rohibitio vide. s. verbo lex.

**P**roprietas nō est adaptabil̄ ad iura in  
corporalia licet ad ip̄a iura sit adapta-  
bilis possessio seu quasi. vt no. do. ant.  
de cau. posses. c. fi. iij. colū. 7 vide. s. verbo do-  
minium.



**P**rorogatio intelligit fieri cum omnibus qualitatibus rei progate. quod est verum in qualitatibus dependentibus a potestate prorogatum. non in dependentibus a facto tertij. no. d. anth. de ap. c. pterea. ij. et vide. s. verbo iurisdicatio.

Prorogatio termini differt a noua assignatione. no. bar. ff. de dam. infec. l. iij. in pn. et de pe. l. i. in reb. s. j. et plene no. ro. conclu. cccxxv. ad fi.

**P**rotestatio que fit alteri ut ei aliquid intrometur an debeat fieri cum instrumentum publico plecto vel tradito ei cui fit intimatio. vide tex. in cle. causam. de elec. et bar. ff. de po. l. si quis inficiat. et si cui pl. q. p. le. fal. li. le. esse dica. et de no. ope. nu. l. j. s. j. et plenissime p. eu. in. l. non solum. s. morte. e. ti. et vide omnino tex. et glo. C. de rei vendi. l. fundum. et vide s. h. producens. s. producendo instrumentum cum protestatione.

Protestatio contra factum statim secuto facit actum contrarium non valere. secus si fiat actus ex intervallo. quod tunc videtur a protestatione recessus. ut no. bar. i. l. que aliena. s. celsus. ff. de acq. re. here. quod est verum nisi quando protestatio refert se expressse ad futurum actum puta si contingeret me in futurum tale quod facere. Secus si illud verbum in futurum omittatur. ut no. p. bu. bar. et Bal. in. l. pacta nouissima. C. de pac. Sed bar. alibi videtur velle quod licet verbum in futurum non exprimat in protestatione. si tamen ipsa protestatio incipiat per verba sonantia futurum tempus. puta si contingeret me tale quod facere etc. quod tunc protestatio operatur etiam quo ad actum ex intervallo factum. ut ipse no. in. l. non solum. s. morte. de no. ope. nu. l. i. et idem videtur velle. d. c. cum in ferrariensis. de p. sti. et vide p. eundem. de litis p. tes. c. j. penul. car. in. fi. vide. s. s. procurator. que vnum circa fi. in verbo procurator.

Protestatio sufficit se facere. nec tenetur quis protestationem siue interpellationem iterare. ut no. bar. i. l. ticia seyo. s. ysuras. de le. ij. et l. moza. in pn. de vsu. p. quod infert quod ubi instantia cause certo tempore limitatur nisi per actorem non steterit. sufficit ut dicatur per actorem non stetisse quod actor se requirat iudicem ut ferat sententiam. Bal. tamen dicit quod hic non sufficit vna requisitio siue protestatio. ut ipse no. i. d. s. ysuras. et h. marie in firma instantia appellationis. in aut. ite si appellat. C. de temp. ap.

Protestatio necessaria est quod fiat tempore impedimenti si quis vult per pedimentum se excusare. unde quod dicit quod propter tempestatem maris fuit impeditus venire. necesse habet probare quod iuit ad mare volens transire. sed non potuit impeditus ex tempestate. non enim sufficeret impedimentum maris fuisse. nisi quis ostenderet diligentiam suam quod forte etiam impedimentum non fuisset tamen ire neglexisset. no. bar. i. l. ij. s. quod diximus. ff. si quis cauti.

Protestatio contra factum si cum ea gesto si ordinatur

ad detrahendum totale factum. put sonat in facto quod protestatur quod factum habeatur pro non facto. talis protestatio non iuuat. Idem si ordinatur ad tollendum totalem sensum facti prout sonat in iure quando factum et sensus facti dependet a libera potestate protestantis. ut adire hereditatem sed si factum tantum dependet a voluntate protestantis. et sensus facti dependet a iure. Et dicitur pendere a iure quando quis procedit presumendo vel fingendo seu disponendo. tunc si protestatio est iusta causa vestita. ut si putator vel alius dans operam rei licite adhibita diligentia que exigitur protestatur cauere. cum iuuat protestatio. Si non est iusta causa vestita sicut si interficiens homines protestatur quod non dolo facit. non iuuat protestationem Si vero factum et sensus facti dependent a voluntate protestantis et alterius. ut contrahere profiteri et similia. tunc si factum geritur cum parte consentiente protestationi vel non contradicente. iuuat protestatio. Idem si protestatio non fit cum parte principali. dum tamen sit iusta causa vestita. non iuuat protestationem. nisi ubi factum est dubium. sicut est assumptio habitus. ubi autem protestatio ordinatur ad detrahendum partem substantialem facti. tunc si factum dependet a voluntate protestantis tantum. iuuat protestationem. ut si lego usufructum detracto vsu. quia vsus est pars substantialis fructus. non valet legatum. et valet protestatio. quia legatum dependet a voluntate protestantis. Sed si factum dependet a potestate protestantis et alterius. tunc si factum geritur cum parte principali cuius voluntate etiam factum et sensus facti dependet et protestationi consentit. iuuat protestationem. et factum non valet. ut si traho inrimonium sub protestatione ut plene euit. secus si per tacet et non consentit. quod tunc protestatio non valet et factum id est inrimonium perualet. Si autem factum non geritur cum principali parte sed cum alio eius nomine recipiente. et tunc etiam dato consensu eius cum quo geritur non iuuat protestationem et valet factum. ut si ingrediar monasterium et protestor ut mihi liceat habere proprium. non iuuat protestationem. quod ibi non est per principalis consentiens cum qua vinculum professionis contrahitur quod principaliter contrahitur cum deo. licet in consequentiam obligetur abbatem recipientem vel superiori. ubi vero protestatio ordinatur in detractum alicuius consecutiui ad factum. et illud consecutiuum dependet ex parte soli protestantis. iuuat protestationem. Secus si dependeat ex parte alterius. nisi ille aliter tacite vel expresse consentiat. que dicitur consentire eo quod non dicitur quo casu protestatio iuuat ut patet in constituto in sacris que non artatur ad votum continet licet tacite obligetur non accipere uxores de nouo Si tamen in ipsa susceptioe ordinis sacri protestetur quod non vult continere. tacite ordinatur protestatio iuuat. quia continentia non est pars substantia-

lis ordinis sed consecutiua in orientali **S**i vero  
 consecutiuum dependet non a potestate prestantis  
 vel alterius partis sed iuris tantum quod  
 est quando ius preedit in consecutiuo disponēdo  
 fingendo vel de iure presumendo. tunc protesta-  
 tio non iuuat. vt si quis recipitur in cano-  
 nicum. consecutiuum iuris est quod canonicus ha-  
 beat prebendam. protestatio ergo ordinata ad  
 tollendum iuris consecutiuum (vt quod prebenda  
 non habeat cum se facultas obtulerit) non iuuat  
 protestantem. quia ab eius non dependet pote-  
 state sed iuris hoc consecutiuum impedire. **E**t  
 predicta vera in actibus extraiudicialibus. In  
 iudicialibus vero protestatio tendens ad detra-  
 hendum iuris consecutiuum ad factum non iuuat  
 protestantem sed facit ipsum vt contrarius re-  
 pelli nisi protestationi renūciat. vt no. do. anth.  
 de constit. cum m. xxij. colū. v. venio ad quin-  
 tum passum. vbi autem protestatio ordinatur ad  
 detrahendum partem sensus facti. vt quia fa-  
 ctum est talis nature quod potest multipliciter in-  
 telligi. tunc si factum et sensus facti dependent  
 a potestate protestantis. iuuat protestatio. nam  
 facere sumptus propter funus vel in alimentis  
 potest dupliciter intelligi. quod facit causa pieta-  
 tis. quod facit animo repetendi. vel quod faciat ani-  
 mo ad eundem hereditatem si est heres institutus  
 si protestetur quod faciat animo repetendi et non ad-  
 eundem. iuuat protestatio. Si dependet a pote-  
 state eius et alterius. tunc iuuat protestatio si  
 fiat parte presente et tacente vel consentiente vt  
 etiam contradicente. vt si protestetur quis parte  
 presente quod respondit animo non litem contestan-  
 di. iuuat protestatio. quia hoc respondere est  
 dupliciter intelligibile. vnum est iudicium infor-  
 matiuum. aliud litem contestatiuum. hec pro-  
 testatio impellens factum ad alterum ex intel-  
 lectibus iuuat protestantem. vt no. do. anth. in  
 d. v. venio ad quintum passum. in fi.

**P**rotestatio procedens factum et facto contra-  
 ria. si ordinatur ad tollendum factum prout sonat  
 in facto. non iuuat. vt si mandauero tibi vt vul-  
 neres talem et protestor quod non occidas eum. non  
 iuuat protestatio si ex vulnere homicidium se-  
 quitur. vbi autem protestatio ordinatur in detra-  
 ctionem totalis sensus facti vel partis substā-  
 tialis facti. tunc si tale factum et talis sensus fa-  
 cti dependent a potestate eius et alterius et ge-  
 ratur factum cum principali. tunc si factum habet in se  
 intellectum dubium. iuuat protestatio. vt si quis pro-  
 testetur quod talis feminam quam in domo tenere dispo-  
 nit vult eam tenere in concubina. hoc factum du-  
 bium est cum possit sonare matrimonium et concubina-  
 tum. Et idem in ingressu religionis quoniam fit per sus-  
 ceptionem habitus. quia istud factum est dubium sed si  
 factum est certum et habet non sensum certum. tunc prote-

statio non iuuat nisi is cui fit protestatio expresse  
 consentiat. nec sufficit tacitus consensus vt si quis  
 protestetur se velle aurum vel argentum in horreo  
 suo recipere nec de eis se velle teneri. tandem po-  
 stea recipit. ista protestatio non iuuat. dato quod  
 fuerit facta parti a qua postea recipit quia vi-  
 detur recipiendo a protestatione recedere. et hoc  
 verum nisi protestatio esset iusta causa vestita.  
 quo casu per contrarium factum etiam ex intervallo  
 non tolleret protestatio nisi cessaret causa legiti-  
 ma dato quod pars expresse non consensit prote-  
 stationi nisi factum adeo esset notabile quod ab-  
 sorberet omnem presumptionem cause. unde in  
 stante metu quis protestetur quod quicumque actum  
 vel verba que proferat etiam apta ad matrimo-  
 nium contrahendum protestetur quod non intendit con-  
 sentire quia hoc facit metu. tunc stante metu  
 dato quod pars cum qua postea contrahitur igno-  
 rauit. valet protestatio et non matrimonium nisi  
 interuenerit copula. quia copula est tante pre-  
 sumptionis quod absorbet omnem metum procedentem  
 nisi probetur iniustus metus. Si autem factum  
 et sensus facti dependent a potestate eius  
 et alterius et geritur actus non cum parte prin-  
 cipali cum qua vinculum mittitur sed cum tertio  
 tunc autem si protestatio est iusta causa vestita.  
 iuuat. aliter non. vt patet in ingressu religionis  
 qui non geritur principaliter cum parte re-  
 cipiēte ingressum sed cum deo. non iuuat protesta-  
 tio etiam cum consensu recipientis facta  
 nisi metus interuenerit in ipso ingressu. vbi ve-  
 ro protestatio precedentis tendit ad detractio-  
 nem alicuius consecutiui ad factum. tunc si con-  
 secutiuum non dependet a potestate protestan-  
 tis sicut iura. non iuuat protestatio. nam recipe-  
 re in canonicum dependet ex potestate recipien-  
 tis si procedat protestatio qui recipit sed non  
 animo vt habeat prebendam. non iuuat prote-  
 statio quia fit super non dependentibus a pote-  
 state protestantis. Si consecutiuum dependet ex  
 potestate eius et alterius iuuat protestatio si con-  
 sentiat is cui preiudicatur. aliter non. puta cau-  
 ponem quod tenet cauponam obligatur ad recipien-  
 dum hospites nisi subsit causa et ex receptione  
 tenetur de omnibus illis illatis. facta est protesta-  
 tio pro cauponem quod non intendit teneri de ibi im-  
 positus. hoc protestatio non dependet a parte sua. quia  
 dispositio iuris est obligatur de receptis. tamen quod per  
 potest preiudicare sibi renunciando iuri suo. si protes-  
 tationi consentit sibi preiudicat. et oportet quod expresse  
 consentiat. aliter tacere habet per preiudicet. vbi autem prote-  
 statio tendit ad detrahendum particularem sensum facti.  
 vt quod factum est multipliciter intelligibile. tunc si reglariter  
 sensus facti non dependet a parte protestantis.  
 non iuuat protestatio. si dependet a parte eius  
 tunc iuuat si dependet a potestate eius et alterius

tunc si ptestatio consonat iuri cōmuni vel saltem non contradicit. iuuat ptestatio si actus fiat in continenti post ptestatōnem. secus si ex interuallo. vnde si protestor q̄ non animo litē ptestandi respondeo sed animo iudicem informandi et statim post respondeo. iuuat ptestatio. etiam si pars aduersa non consentiat. Sed si ex interuallo respondeo. p̄sumor oblitus ptestationis et actum fecisse in sensum i quo potentius sonat et put ab alijs est intelligibilis. Si vero id quod est ptestatum est cōtra ius cōmune. et tunc dato q̄ dependeat a p̄tate alterius. protestatio nō iuuat nisi illi expressus detur consensus. no. d. anth. de cōsti. cum. m. v. venio ad secundū articulū. xxvij. colū.

Protestatio subsequens factuz p̄ria facto put sonat in facto nil operat. sed sic contrariat facto put sonat in sensum iuris. tunc si factuz et sensus facti dependent a p̄tate ptestantis. iuuat ptestatio. vnde si lego. postea in solēni voluntate ptestor q̄ nō feci animo legandi. iuuat ptestatio. Si sensus facti nō dependet ab eius potestate sed iuris. vt si vulnero hominem. postea ptestor q̄ hoc non feci dolo nec animo delinquendi. nō iuuat protestatio. Si dependet a potestate eius et alterius nō iuuat protestatio nisi ps aduersa exp̄sse cōsentiat. vbi autē ptestatio ordinat ad detrahendū partē substantialem facti. tunc in dependentibus a potestate ptestantis iuuat protestatio si pars est diuidua. secus si indiuidua. vñ si lego vsufructuz postea detraho fructū. iuuat protestatō. quia fructus sepabilis est ab vsu. Si lego vsufructum. postea detraho vsu. nō iuuat protestatio. q̄ vsus inseparabilis est a fructu. Si nō dependet a potestate eius. nō iuuat protestatio. Idem si dependet a potestate eius et alterius nisi ille alter expresse cōsentiat. vbi vero ptestatio ordinat ad detractōez ali cuius cōsecutiuū ad factū. tunc quod. s. p̄ totū. Vbi autē ptestatio ordinat ad detractōez alicuius sensus facti tunc in dependentibus a p̄pria voluntate iuuat protestatio eius. et alterius nō iuuat nisi intercedat consensus alterius. Idem et fortius si a neutrius potestate dependet. vt no. do. anth. de cōsti. cū. m. iij. colū. v. venio ad vltimū articulum.

Protestatio q̄ p̄ quēcunq̄ actū quem q̄s facit coram alio nō intendit in eum vt iudicem consentire nec eius iurisdictionez prorogare si fiat añ et postea ex interuallo fiat actus non iuuat protestatio. Idem si cautus q̄ sp̄ in q̄libet actu repetas protestatōez. als p̄ vnum actū ex interuallo a protestatōe factū videt a ptestatōe recessum. no. do. ant. in. c. cum. m. de p̄sti. xxxj. colū. v. p̄ hoc patet qd̄ operet.

Protestatio quam q̄s facit in fine articulozum q̄ nō astringit se ad probandū nō necessaria s̄z solum illa que sibi sufficiant ad victorizaz esse. iuuat protestantem etiam si ps aduersa cōtra dicit quia simul fit in actu et dependet a potestate protestantis se astringere vel non. vt no. do. ant. cum. m. de p̄sti. xxxj. colū.

Protestatio que fit in fine libelli saluo iure addendi vel minuendi nō iuuat. quia hoc addere vel diminuere nō dependet a potestate sua nisi sicut ius p̄mittit. Et idem si canonicus p̄testatur q̄ extrinseci existentes in quasi possessione ita demū vocē habeant qui habēt iuris proprietatem quia nō iuuat protestatio nisi ps aduersa cōsentiat. vt no. do. ant. in. c. cum. m. de consti. xxxij. colū. v. p̄ hoc patet quid de ptestatōe.

Protestationū materiam vide plene in regula in generali libro. vj. in mercu.

**P**rothocollum siue breuiatura notarij nō facit fidem si nō habet et signū et subscriptōnem tabellionis. nec sufficē signū poni in principio quaterni vel p̄scrip̄tōz cuiuslibet. sed oportet cuiuslibet rogatōni signuz apponere et subscriptōnem s̄m ia. de arena. vt no. cy. in. l. contractus. C. de fi. instru. Et idē tenet spe. et no. bar. ff. de testa. in. l. lucius. qd̄ intellige nisi cōsuetudo aliter se habet. vt notat bar. in. l. ad testiu. §. si q̄s ex testibus. ff. de testi. vel nisi dicta etiam breuiatura auctoritate iudicis publicetur. vt no. bal. in. d. l. contractus. in p̄n. quod fieri potest quādo notarius qui breuiatura scripsit est mortuus s̄m hostiē. vt no. io. an. in. c. cum. p. tabellio. de fi. instru. super verbo p̄fecerit. et sup verbo. redacta. Et b̄ verum quādo breuiatura est in mundū redacta et nullū ibi viciū apparet. vt no. bal. in. l. fideicomissa. §. quotiens. de le. iij. vide do. antho. in. c. cum. p. tabellio. de fide instru. et bar. in. l. gallus. §. idem credēdū. de li. et posthu. et io. an. in addi. specu. in ti. de fi. instru. §. ostensio. v. quid si abbreviatura. vbi tractat q̄ possint in breuiatura extendi. Io. an. circa p̄mū ponit opinio. pro et contra. in addi specu. in titu. de instru. editio. §. videndum. v. et nota. q̄ tabellio cogendus est. vbi recitat nico. tenere q̄ prothocollum non facit fidem tanq̄ scriptura incompleta et imperfecta. quod intellige nisi auctoritate iudicis fuerit exemplatum. p. d. c. cum. p. tabellio. et ita dicit do. anth. i. fi.

Prothocollum si discrepat ab instrumēto. stādum est prothocollo tanq̄ matrici scripture. vt notat glosa. in autenti. de tabel. §. fi. et bar. tolus in. l. semp̄ronius proculo. de le. ij. vide omnino do. anth. in. c. cum. p. tabellio. de fide instru. v. qd̄ si abbreviat nra.

**P**rovisio superioris habet vim electionis & confirmationis. no. do. anth. de re sti. spo. in litteris. xvj. colum. x. venio ad vltimū. & no. in. c. j. de elec. li. vj. in glo. iij. & archi. in. c. cum in illis. §. j. de pben. e. li. qd̄ est verum quādo eodem iure spectat ad euz electio & confirmatio. secus si in diuerso iure. vt no. de elec. vt circa. e. li. in glo. ij. & archi. lxiiij di. in synodo. & io. mo. & archi. in. d. c. j. §. elec. & cōpostell. de elec. cum inter canonicos. vbi omnino vide. **I**dez i inuestitura quaz facit p̄latus. quia loco cōfirmatōis habetur. vt no. compos. de elec. transmissam. & vide. s̄. verbo collatio.

**P**rovisio late cōprehendit nominatōez. postulatōnem. p̄sentatōnem & collatōnem. no. glo. in clemen. fi. de elec.

**P**rovisio facta de beneficio p̄textu iuris quod nō competit. non valet. licet ex alio capite ius puidendū cōpeteret. no. hosti. io. an. & do. anth. de cōcessi. pben. dilectus. ad fi. & facit qd̄ no. io. an. ex parte ascensus sup verbo occasio ne cōcessi. quod intellige nisi auctoritate vtriusq̄ iuris tam competentis q̄ nō cōpetentis p̄visio fieret. quia tunc valeret p̄ ea q̄ no. io. an. de renū. in p̄sentia. in glo. nota q̄ rē.

**P**ublicum in quo differt a manifesto. vi de. s̄. verbo manifestum.

**P**ublica utilitas est p̄ferenda p̄uate. C. de puil. l. utilitas. li. xij. & in auf. de re. & ea que pa. §. q̄obrem. colla. iij. & C. si p̄tra ius vel vti. publi. l. fi.

**P**ublice aliquid factum qualiter intelligat̄. vide glo. in clem. j. de sepul. sup x̄bo publice.

**P**ublicatō alicuius rei si fieri debet in ciuitate castro vel villa vt verisimiliter puenire possit ad noticiā illozū quozū interest. fienda est altero ex octo modis siue in altero ex octo locis. q̄tū sex ponit io. an. videlicet p̄mo in publica misla populosa. secūdo in loco vbi sunt fm̄ones tertio in loco vbi sunt nūdine siue mercata. vt no. io. nn. in cle. causam. de elec. sup x̄bo solē niter. quarto in loco vbi p̄dicatur verbū dei. vt no. glo. in clemen. j. de fo. cōpe. sup x̄bo ad diuina. q̄nto vbi sit forū. vbi sunt plēs officiales & mlti astantes. vt no. glo. i. cle. j. de sepul. sup x̄bo publice. sexto in loco vbi sunt publice puētoes. vt no. io. an. in. c. illa. de elec. in glo. maḡ. ad fi. septio in loco p̄suet̄ p̄ p̄conē alta voce p̄clamātē. vt in. c. cū in tua. q̄ ma. accu. pos. octauo p̄ affixiōz sc̄pturē ad valuas vel muros eccle. vel alteri loci vbi solet pplus conuenire. ff. de insti. l. & si pupill. §. p̄scribē. Et generali ter potest fieri dicta publicatō in quolibz alio actu p̄ populum frequētato. vt no. io. and. in dicta clemen. causam. de elec.

**Qualitas aggrauians penam delicti si fuerit in accusatōe omissa. an p̄dente iudicio poterit addi? vel eo per sententiam finito poterit ratōne illius qualita**

**Qualitas non stat sine subiecto. & fundamēto sublato tollitur qualitas. de constitu. c. cuz accessissent.**

**Qualitas fm̄ quod tempus inspicienda sit. vide bar. in. l. satis. C. de agri. & censi. li. xj. vbi dicit de qualitate primogeniture. & Bar. C. de nup. l. imperialis. §. his illud. vbi dicit de qualitate militie.**

**Qualitas adiecta verbo debet intelligi fm̄ tempus verbi. ideo requiritur qd̄ illo tempore q̄litas affuit. nec sufficeret qd̄ ante vel post illud tempus adesset. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. & l. iij. de au. & ar. le. & no. bar. in. l. ticius ff. de testa. militari.**

**Qualitas aggrauians penam delicti deducta i accusatione vel inquisitione. si non probetur nulla potest sequi damnatio licet delictum p̄betur. vt no. C. & ia. de are. in. l. ij. de proba. & Jo. an. in addi. specu. super rubrica. de accusa. Sed Bar. in dicta. l. ij. dicit qd̄ cōtrariū seruatur & melius. Bar. autez aliter distiguit in. l. denunciaste. §. quid tamen. ff. de adulter. vbi dicit qd̄ predicta procedunt quando qualitas non probata facit cessare actōem siue accusatōnem propositam. vel quādo alterat factum sine crimine. ita qd̄ facit videri aliō factū q̄ sit intentatum. secus si factum non alterat. quia tunc potest fieri cōdematio qualitate deducta. dum tamen detrahatur pendente iudicio. & idem tangit Bar. in. l. quid ergo. §. p̄ca grauior. ff. de his qui no. infra. & in. l. edita. C. de eden. Sed quid ecōtra si dicta qualitas aggrauiata pene fuit in accusatōne vel inquisitione omissa sed in processu probata. an poterit p̄denatio fieri fm̄ q̄litatez p̄batā? dic qd̄ sic vt no. io. an. in addi. p̄dicta. vide. s̄. x̄bo libellus. §. libellus in quo.**

**Qualitas posita in principio medio vel fine dispositionis an referat ad oia p̄cedētia & sequētia. vide. s̄. x̄bo clausula. §. clausula posita.**

**Quamdiu est aduerbiū tpis. no. d. ant. de coha. cle. & mu. c. vestra. ij. colū.**  
**Quamq̄ sumit p̄ iunctōe aduſatiua. & ponit p̄ quibz nisi ponat im p̄pe. no. do. ant. de coha. cle. & mu. v̄ra. ij. colū.**